1. *πάντα* libri plerique; *τὰ πάντα* Seilerus ex Par. Ib. *εἴλης* Berglerus, *ἅλης* et *ἀέλλης* codd. *ἀλέας* aut *εἵλης* Reiskius. Scripsi *εἵλης*, quod rectius puto quam *εἴλης*.

Ib. *τὸν βυθὸν ἀποξύουσι.* Verbum *ἀποξύειν* qui perscrutari interpretatur Seilerus, vereor ut id aliis probaturus sit. Neque Berglerus recte profundum maris verrimus. Aliud hic olim lectum fuisse subindicant Par. et Vat. in quibus *ὑποξύουσι* legitur, unde *ὑποδύουσι* scribendum videtur i. e. profundum maris subeuntibus, sc. verriculo in mare immisso.

3. *σπόγγους ἡμῖν ἐπέταττε.* His *κομίζειν* addit Par. quem secutus est Seilerus. Mihi hoc glossemati simile videtur; neque enim dubitandum est quin simplex *ἐπιτάττειν* non minus recte dicatur, quam latine dicimus v. c. frumentum alicui imperare. Quae his statim subiciuntur verba *καὶ τὰ ἐκ θαλάττης ἔρια ἃ φύεται ἐπιεικῶς ἐν εὐρυνόμης λῆμνον*, vix dici potest quantam mirabilium commentorum copiam pepererint. At ingeniosum est quod recentissima memoria Lobeckius Path. I. p. 34. coniecit *ἐν Εὐρυνόμης λειμῶνι*, mare sic ab Alciphrone dictum ratus. Quod ferrem in poeta qualis Nonnus est vel Paulus Silentiarius, non in Alciphrone, cuius mirifice simplex est oratio hominumque quos scribentes inducit ingenio accommodata. Credo autem certi cuiusdum loci memoriam requiri eiusque non longe ab Attica remoti. Lemno insulae nullus hic locus est. Codices si consulimus, fluctuat controversi nominis scriptura inter *εὐρυνόμης*, *εὐρυνομένης*, *εὐρυνώμης*, *εὐρινόμης*, *εὐρυνομίης*, *εὐρυνόμοις*, *ἀβαβρυνόμης.* Praeterea *εἰς* quod vulgo ante *λῆμνον* legitur duo codices ignorant. Hinc nata mihi suspicio est scripsisse Al-

ciphronem *ἐν Ἑρμιόνης λιμένι*, cuius civitatis haud infrequens in Alciphronis epistolis memoria. Vide I, 6 et 13. III, 46. Hermionensium portum si marinae lanae, de qua Salmasius ad Tertullianum de Pall. p. 218 et Casaubonus ad Athen. III p. 89. egerunt, feracem fuisse alio quodam testimonio constaret, rem confectam dicerem. Nunc incerta res est, nec mirabor si quis me ipsum cum ceteris hariolatum esse dixerit.

Ib. *ὥς θ' ὁ μὲν οὔπω ταῦτα προσαπήτει καὶ ὁ Ἕρμων.* Ita haec in codd. leguntur; correxi ut sententia postulabat et coniunxi cum antecedentibus: *προσαπητήκει* etiam Wagnerus, cetera male administrans.

4. Legebatur *ἀφεὶς τὸ φορτίον αὐτοῖς ἰχθύσιν*, quod ineptum esse nullus vidit interpretum. Quid enim *τὸ φορτίον* aliud esse dicamus quam ipsos illos pisces? Scripsi igitur *τὸ φερνίον*, quo nomine sportas significari constat, in quibus pices ferebantur. Menander Fragm. inc. 69. *γέρων ἁλιεὺς παρ' οὗ τὸ φερνίον ἐπριάμεθα.* Memorat ipse Alciphro I, 9, 2. *ἐπὶ τῶν φερνίων κομίζειν τοὺς ἰχθύας*, favetque emendationi nostrae scriptura Flor. *φορνίον*.

Ib. *κωπήρους* Berglerus, libri *κωπήρης*, *κωπήρους*, *κωπήροις*, *κωπήρεσι*. De eiusdem coniectura scripsi *θαλαττουργοῖς*, quod in optimis codd. *βαλαντουργοῖς*, in reliquis *βαλαυστουργοῖς* et *βαλαντουργοῖς* scriptum est. Seilerus *βαλαυστιουργοῖς* edidit, quae ipsa quoque sive Bergleri sive Vossii coniectura erat, sed nullo modo ferenda. Ego aliquando Alciphronem scripsisse suspicatus sum *βλαττουργούς* i. e. purpurarios, a *βλάττη* vel *βλάττιον*, quo nomine sequioris aetatis Graecos purpuram significasse constat. V. Salmasium ad Hist. Aug. vol. II. p. 551 et Adolphum Schmidtium de Papyris Graec. p. 130. Novitia quidem haec vox est et Byzantinis scriptoribus maxime usitata; at nil impedit quo minus iam Alciphronis temporibus in usum vitae communis transisse existimetur.

Ib. *ἐπενθήσαμεν.* Cod. A *ἐποθήσαμεν*, quod nescio an edito praeferendum sit.

I, 3.

1. *Χρηστὸν ἡ γῆ καὶ ἡ βῶλος ἀκίνδυνον, χαλεπὸν ἡ θάλαττα καὶ ἡ ναυτιλία ῥιψοκίνδυνον.* His duobus enun-

ciatis, in quibus singula verba sibi ad amussim respondent, libri interponunt hanc sententiam: *οὐ μάτην γοῦν ἀνεισιδώραν* (*ἀνησιδώραν* recte corrigunt) *ταύτην ὀνομάζουσιν Ἀθηναῖοι ἀνιεῖσαν δῶρα δι' ὧν ἔστι ζῆν καὶ σώζεσθαι.* Quae, si aliquem harum rerum sensum habeo, a scribentis persona prorsus aliena et glossatore dignissima esse arbitror; quare in marginem relegavi.

2. *ποτὲ γὰρ ὄψον ἀποδόσθαι βουληθείς.* Epistolae huius consilium reputanti *ποτὲ* aliquando parum apte dictum videri debet. Scribendum videtur *πρώην.*

Ib. *ἐπιστύφοντος.* Vellem cod. aliquis praeberet *ἐπιστῦφον.* Tum *δὲ Ἀράτου* Berglerus, *γὰρ Ἀράτου* C et Seilerus, *δὲ ἄρα τοῦτο* A, ceteri cdd. *γὰρ ἄρα τοῦτο.*

3. *γειτνίασιν.* Pro hoc Ven. *ποτνίασιν* habet, i. e. ut opinor *γειτονίασιν*, cuius formae ad verbum *γειτονιάζειν* referendae aliud exemplum nondum mihi oblatum est.

Ib. *τάδε ἕξομεν καὶ χαριούμεθα.* Non credo haec sana esse scribendumque suspicor *τόδε γοῦν ἕξομεν.* Pro *ἕξομεν*, quae Flor. et Ven. scriptura est, Vat. et Par. habent *παρέξομεν*, a Seilero receptum. In sequentibus Ven. *τῷ τάς*, D *τῷ τάς.*

I, 4.

Quod huic epistolae praescriptum nomen erat *Κύμωθος*, cum in codd. *Κύμοθος* scriptum sit, hoc ipsum recipiendum duxi, memor eorum quae ipse Exerc. phil. ad Athen. Spec. II p. 22. de hoc nominum genere dixi et copiosus nescio nunc quo loco Keilius Portensis, onomatologorum doctissimus, disputavit.

1. *τὰ δημοτικὰ διαπράττονται.* Haec de iis intelligi video qui rempublicam tractant; id vero graece dicitur *τὰ πολιτικὰ πράττειν.* Neque sententia apta est; tantum enim abest, ut qui urbis moenibus inclusi tenentur omnes sic in universum res civiles administrare dici possint, ut id de paucissimis tantum praedicari queat. Atque aliud quid scripsisse Alciphronem etiam codicum dissensus docet, quorum alii *νηματικά*, Ven. autem *δὴ μικρά* habent. Scribendum opinor *τὰ δημιουργικά*, id ut de opificiis intelligatur.

2. *τὴν ἀκτὴν ἀπολιποῦσα καὶ τὰ νήματα τοῦ λίνου.* Non displicet quod Lennepius ad Phalar. p. 332. coniecit *τὴν*

ἄκατον, praesertim si *τὰ νήματα τοῦ λίνου* non de lini staminibus, sed de retis textura intelligas.

3. *οὐκ ἔστι τοῦτο σωφρονεῖν οὐδὲ ἀγαθὰ διανοεῖσθαι.* In his si *οὐδ' ἀγαθὰ* scripseris, perelegantem habebis tetrametrum nullo novae comoediae poeta indignum. In sqq. *οὕτω δή σε* scripsi pro *οὕτω δέ σε.*

4. *εἰς τὸν ἄνδρα* praeeunte Jacobsio recte huc posuit Seilerus, cum in libris post *ἄπιθι* legantur, praeter Ven. qui primo loco omittit et altero habet *ἐπάνιθι στι λῶον ἑλομένη*, i. e. *ἐπάνιθι τὸ λῷον ἑλομένη.* Hic igitur neutro loco illa habet, nec repugnabo si quis e margine ea irrepsisse censeat. Nam *ἐπάνιθι* de reditu ad maritum capiendum esse per se intelligitur.

I, 5.

Ναυάτης scripsi ex Ven. et C pro *Ναυβάτης.* Ac ne fictum quidem hoc nomen esse constat e Xenophontis Hell. III, 2, 5.

1. *χρυσοῦ κόμματα Δαρεικοῦ.* Haec si incorrupta sunt, nove scriptor ac nescio an non feliciter *κόμματα* dixit pro *νομίσματα.* Suspicari possis *χρυσοῦς κόμματος Δαρεικοῦ,* i. e. *χρυσοῦς Δαρεικὸν χαρακτῆρα ἔχοντας*, ut est apud Diodorum Sic. XVII, 66. *χίλια τάλαντα χρυσοῦ χαρακτῆρα Δαρεικὸν ἔχοντα.*

Ib. vulgo *τῶν Μήδων.* Omittunt articulum libri meliores.

I, 6.

1. *Δαμοφίλη μήτηρ.* Notanda dorica forma in nomine civis Atticae. Eiusdem generis est, ne Lamachum memorem, *Ἱππόδαμος* Aristoph. Equ. 327. *Μνασιγείτων* Athen. 14 p. 614 e. *Μνάσιππος* Harpocr. p. 120, 11. *Σιλανὸς* Athen. 6 p. 245 a. At *Δάμων* ne eodem referatur cavit Plutarchus Per. 4. et pro *Θρασύλαος* Athen. 12 p. 554 f. serib. *Θράσυλλος.* Ib. *ἐπὶ παίδων ἀρότῳ γνησίων.* Pro *ἀρότῳ* libri omnes *ἀραρότων*, quod egregie correxit Berglerus. Adnotari poterat hanc solennem fuisse legitimi conubii iungendi formulam, qua usus est praeter alios Menander apud Apuleium Apol. p. 576. *παίδων ἐπ' ἀρότῳ γνησίων (ἐπὶ σπόρῳ) δίδωμί σοί γε τὴν ἐμαυτοῦ θυγατέρα.* de quo fragmento di-

ctum est in Add. ad Fragm. Com. vol. V p. 107. Cf. schol. Euripidis Androm. 4. *παιδοποιός: γνησίων ἐπὶ σπορᾷ παίδων.* Plura vide apud Ernestum de Lasaulx in Dissert. de Conubio apud Graecos p. 31.

2. *ῥᾴδιος ὢν τῷ ὀφθαλμῷ καὶ πρὸς πᾶσαν ἡδονὴν ἀφροδισίων κεχυμένος.* Non credo horum verborum priora *ῥᾴδιος ὢν τῷ ὀφθαλμῷ* graece dicta esse. Manifestum est describi hominem summae petulantiae et ad cuiusvis mulieris adspectum tabescentem. Talis est bubulcus ille de quo Theocritus Id. 1, 87.

βωκόλος ὄκκ' ἐσορῇ τὰς μηκάδας οἷα βατεῦνται,
τάκεται ὀφθαλμώς, ὅτι οὐ τράγος αὐτὸς ἔγεντο.

Quem locum si Alciphroni obversatum concedas (et constat eum etiam aliis locis Theocritea expressisse) non male opinor corrigas *ῥᾴδιος ὢν τῷ ὀφθαλμῷ [τακῆναι] καὶ πρὸς πᾶσαν.* At fortasse leniore locus emendatione restitui potest, ut *ΛΑΓΝΟC* scribatur pro *PAIΔIOC*, ell. Aristophane apud Photium p. 201, 15. *τοιαῦτα μέντοι πόλλ' ἀναγκαίως ἔχει πάσχειν, ὅταν λάγνον τὸν ὀφθαλμὸν φορῇς.* Pro *ἀφροδισίων* aut cum Reiskio *ἀφροδίσιον* scribendum aut, quod malim, *ἀφροδισίαν.*

Ib. *ἐπὶ κακῷ τῶν ἐρώντων.* Libri quidam *ἐρώτων* et *ἐράντων*, ex quo *ἐραστῶν* suspicari possis; magis tamen placeret *ὁρώντων.*

3. *τρίγλας οὔτε φέρεις οὔτε θέλεις διδόναι.* Haec ad sententiam inepta sunt et ad numeros vitiosa, utpote dactylico pentametro inclusa. Corrigendum videtur *οὔτ' εἰσφέρεις*, quod de coena collaticia intelligendum, cui munera opponit meretrici mittenda.

4. *λάγνος* scribendum sit an *λάγνης*, quod Flor. aliique habent, incertum est. Atticistae *λάγνης* praeoptant. Photius Lex. p. 201, 14. *Λάγνης, οὐ λάγνος ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν λέγεται.* Eandem formam Eubulo restitui Fragm. Com. III p. 230. Alciphronis locum in exemplis alterius formae posuit Lobeckius ad Phryn. p. 184.*) Ib. *οὐδ' ἐμὲ* ante Seilerum.

---

*) Feminini *λάγνη* exemplum, quod desiderabat L. Dindorfius in thesauro v. *λάγνος*, habes apud Anaxandridem Fragm. Com. III p. 199. *λάγνης γυναικός ἐστιν, οὐκ ἀνδρὸς τόδε.*

I, 7.

Τἀμὰ κατεάγη obtulit nunc Ven. vulgo *κατεάγετο*. In sequentibus verbis *ἀντίδοσις γὰρ ἡ παρὰ φίλων εἰς φίλους*, post *ἡ* Seilerus addendum coniecit *δόσις*. Satius duxi delere articulum; idem in subiectis verbis feci, quae in codd. ita leguntur scripta: *εὔδηλος ὡς ἅπαντα κοινὰ τὰ πρὸς τοὺς φίλους — ἡγούμενος*, quorum perquam impedita est structura, nisi articulum deleas. Vertendum existimans omnia inter amicos esse communia, atque adeo sua esse quae amicorum sunt. De *κοινὸς πρός τινα* non est quod exempla afferam; ad *εὔδηλος ὡς ἡγούμενος* cfr Sophoclem Antig. 242. Xenoph. Anab. 1, 5, 9. Luciani Dial. mort. 7. de quo admonere visum est, quoniam Flor. *ὡς* omittit.

I, 8.

1. *οὐδὲ γὰρ οὐδὲν* suspectat Reiskius, *οὐ γὰρ οὐδὲν* coniciens; praestat opinor *οὐδὲν γὰρ οὐδέ*, nisi Homerice dixit *οὐδὲ γὰρ οὐδέ*.

2. *τρέφει γὰρ οὐδὲν ἡ θάλασσα*. Jure haesit Arnaldus *φέρει* pro *τρέφει* coniciens, quo quid ad leniendam sententiae absurditatem proficiatur vix intelligas. Scribendum erat *οὐδένα* pro *οὐδέν*. Tum fortasse scribendum *Κωρύκιόν ἐστι σκάφος*. Seilerus *Κωρύκιόν τι σκάφος*, Arnaldus *Κωρύκιόν ἐστι τὸ σκάφος*.

3. *πόρους ἐκ πόρων εὐμεγέθεις ὑπισχνούμενοι*. Haec contra Blomfieldum recte tuetur Hermannus ad Aeschyli Prom. 59. Offendit tamen *εὐμεγέθεις*, quandoquidem in hoc dicendi genere nullus adiectivo locus esse videtur. Fortasse igitur excidit aliquid, e. c. *πόρους ἐκ πόρων* [*καὶ μισθοὺς*] *εὐμεγέθεις ὑπισχνούμενοι*.

4. *ταλάντευε* Schneiderus Saxo, libri *ταλαντεύῃ*.

I, 9.

1. Recte *Μανδροβόλου* legitur in potioribus libris, non *Μανδροβούλου*. Adstruxi illam formam Fragm. Com. vol. V p. 44. Sequentia multis scatent vitiis sine meliorum librorum ope vix tollendis. Post *ἀποδίδοσθαι* excidisse videtur *τοὐψώνιον*

vel simile quid: tum *λυπηρὰν* scripsi ex Ven. et C in quo *λυμηρὰν* est; vulgo *λιμηράν*.

2. *ὥρα — ἐκδέχεσθαι*. Haec quoque lacunosa sunt; in codd. nulla varietas, nisi quod pro *σὲ* Ven. habet *καὶ* et *τὴν* omittit; idem liber *εἰσδέχεσθαι*. Suspicari possis *ὥρα οὖν καὶ σὲ συμπράττοντα ἡμῖν, ὦ Στρουθίων, [χαρίζεσθαι καὶ ἡμᾶς] τὴν παρ' ὑμῶν — ἐκδέχεσθαι*.

Ib. recte Par. *κομίζειν αὐτοῖς* pro *κομίζειν αὐτῷ*. docet hoc vel pluralis *ἐξελοῦνται*.

3. *παρ' αὐτῷ* vulgo; ut correxi habet Vat. Mox mira varietate libri pro *κέρδει* habent aut *κερδαίνειν*, aut utroque coniuncto *κέρδει κερδαίνειν*. Quae fluctuatio vide an ex eo nata sit, quod primitus legebatur *ἐπὶ τῷ σφετέρῳ κερδαίνοντι*, noto usu participii, quo *τὸ ἡδόμενον* dicitur, *τὸ θυμούμενον*, *τὸ χαῖρον* et alia. Cf. Schaeferum ad Dionysium C. V. p. 205. Atque ipse Alciphro hoc dicendi genus aliquoties usurpavit. Vide II, 3, 3 et 4, 9.

Ib. *πολὺ* vel *πολλὰ* Reiskius.

I, 10.

Κέφαλος, quod alii *Κρύφαλος* alii *Κέκφαλος* scribi voluerunt, non ineptum piscatoris nomen esse videbitur qui *κέφαλος* piscis nomen esse meminerit. Vat. habere videtur *κύφαλος* et Par. *ὕφαλος*.

2. Scribendum videtur *πολλάκις [μὲν] οὖν*. Tum legebatur *οἱ παραδόντες — ἐπιτρέψαντες*, structura nulla. Ut ego, fere iam Arnaldus, qui *οἳ* et *ἐπιτρέπουσι* voluit; at male idem *ἅπαξ* sollicitat. esse dicit qui cum semel mari se credidissent, tempestate orta inopes consilii fortunae navim commiserint. Non credo tamen locum persanatum esse.

3. Libri fere *Λυκιακόν*, nec male; procellosum enim hoc mare et tempestatibus expositum si quod aliud. at cum in cod. D habeatur *Λιβιακόν* et in Ven. *λίβυκον* (sic), nescio an hoc ipsum ab Alciphrone scriptum sit. Cf. Menander Arreph. 1, 6. *εἰς πέλαγος ἐμβαλεῖς γὰρ αὑτὸν πραγμάτων, οὐ Λιβυκὸν οὐκ Αἰγαῖον*. Ac fatendum est Lycium mare paullo remotius esse, quam quod simul cum Malea promontorio et freto Siculo satis commode memorari potuisse videatur.

Ib. legebatur *οὐδέν*, quod *οὐδενὸς* scribendum erat.

4. *περινοστήσομεν* Berglerus, libri *ἀέρι νοστήσομεν*. Tum scripsi ex bonis libris *τὰς ἀκτὰς* pro *τῶν ἀκτῶν*. Accusativus pendet a *περινοστήσομεν*; de singulari quadam iunctura vocis *ἄχρι* cum accusativo non cogitandum. In sequentibus *τῶν* delendum videtur. Quod enim in cod. A habetur *εἴ πού τι τῶν ναυαγίων ἀποπτύσσων* (*ἀποπτυστόν?*) *σῶμα*, interpolatoris manum prodit.

5. *τρέφει — τοὺς ἀνθρώπους* paullo insolentius dictum videtur; malim *τέρπει*. In fine epistolae *καταβάλωνται* scripsi pro *καταβάλλωνται*.

I, 11.

1. *ἀπαγγέλλειν* posui ex Flor. et Vat. vulgo *ἐπαγγέλλειν*. Quod sequitur *παρ' οὗ* sine dubio corruptum est; nec sufficit cum Reiskio corrigere *πᾶσιν οὗ*.

2. Adieci *δέ*, quo oratio videtur carere non posse. Ibidem *τί οὖν — μένομεν*; Expende sententiarum seriem, neque invitus haec post *ἐργάτας* transponenda esse concedes. Ib. cum vulgo legeretur *τῶν αὐτῷ Γεραιστῷ προσοίκων ὁρίων*, pro ultima voce scripsi *χωρίων*.

3. *πῶς δὲ ἡμεῖς οἱ μηδὲ τὴν ἀγορὰν εἰδότες ὑπομείναιμεν παρατάττεσθαι*. Vat. et Flor. *καὶ* post *δὲ* adiciunt, quod *κἂν* scribendum putavi, ut syntacticae legi satisfieret.

Ib. *τοῦ τε μέλλειν ξίφεσιν ὁμοῦ καὶ θαλάττῃ παραδιδόναι τὸ σῶμα*. Parum concinne haec scripta esse intelliget qui sequentia comparaverit *τοῦ μένειν — τὸ φεύγειν*. Scripsi igitur *μένειν*, manere dum gladiis et mari nos tradamus. Eadem structura I, 10, 4. *ἀναμείναντες ἀπολῆξαι τὸ κλυδώνιον*, ubi vide Seilerum. Atque ita iam Homerus *μένον δ' ἐπὶ ἕσπερον ἐλθεῖν*.

I, 12.

1. *τὶ σκαφίδιον* scripsi ex Ven. vulgo *τὸ σκαφίδιον*.

2. *κατὰ* om. Ven. unde suspicari possis haec ita esse scribenda: *κεῖσθαι ὡς οἱ λοιποί, τῶν καταστρωμάτων τὴν σανίδα οἶμαι*. In proximis *λίθου νομίζων* Flor. *νομίζων λίθου* vulgo.

4. *κρυμὸς καὶ θάλαττα· φερομένων δὲ ἅμα* vulgo; *κρυμοὺς καὶ θάλατταν. φερομένων δὲ ἅμα* Flor. *κρυμοὺς καὶ*

θάλασσαν φέρομεν ἅμα. φερομένων δὲ ἅμα Ven. κρυμοὺς καὶ θάλαττα φέρομεν ἅμα D. κρυμοὺς καὶ θάλατταν φέρομεν δὲ ἅμα ΔΠ. κρυμοὺς καὶ θάλπος φέρομεν φερομένων δὲ Par. κρυμοὺς καὶ θάλπος. φερομένων δὲ ἅμα C. Haec tanta lectionis fluctuatio ex eo repetenda videtur, quod participium aliquod, quo navigatio indicata erat, initio suo, ut fieri solet, truncatum erat. Scribendum videtur: ἐν ἴσῳ γὰρ κρυμοὺς καὶ θάλατταν φέρομεν. [πλοϊζομέν]ων δὲ ἅμα. Nam φέρεσθαι sic nude positum de navigatione intelligi non potest; nec placeret si quis coniceret κρυμοὺς καὶ θάλατταν φέρομεν· ἀναφερομένων δὲ ἅμα, quamvis hoc proxime ad scripturam Ven. accederet. At neque ἀναφέρεσθαι dici memini pro ἀνάγεσθαι, nec amat Alciphro similiter sonantia verba componere, nisi ubi de industria id fecit. In sequentibus recte ut videtur Reiskius οὐ [γὰρ] μόνος. Ib. μουσουργοὶ πᾶσαι scripsi ex Flor. et Ven. pro πᾶσαι μουσουργοί. Tum scribebatur Εὐεπής. Denique αὕτη δὲ ex optimis codd. revocavi; Seilerus καὶ αὕτη.

5. καὶ πᾶν θυμηδίας ἀνάμεστον. Scribendum suspicor πάσης θυμηδίας, ut est apud Athen. XI p. 462 c. συμπόσιον πλῆρες ὂν πάσης θυμηδίας aliosque. Editae lectionis vitium ex noto scripturae compendio natum est.

6. πικρὸς Γλαυκίας. Cod. D et Ven. μικρός, quod vide an μιαρὸς scribendum sit: non damno tamen πικρός, quod de invidente recte dicitur.

Ib. τὸν μισθὸν πολὺν κατεβάλετο, τἀργύριόν με διέχει. Neque Alciphro neque alius graecae dictionis gnarus scriptor καταβάλλεσθαι μισθὸν dixit pro καταβάλλειν. Neque aliter ipse locutus est Alciphro I, 1, 4. 23, 3. III, 38, 1. 59, 1. Scripsi igitur κατέβαλε, quamquam possis etiam κατέβαλε, τότε τἀργύριον.

Ib. ἕτερον pro vulgato δεύτερον praebuerunt optimi codd.

I, 13.

Nominum huic epistolae praescriptorum alterum Ἀρμένιος ad ἄρμενον, alterum Αὐχένιος ad αὐχήν, quam gubernaculi partem fuisse e Polluce I, 90. et Aelio Dionysio apud Eusthathium ad Hom. p. 1533, 51. constat, revocandum est. Consimile nomen Πρυμναῖος finxit scriptor I, 12.

1. *Ἀρεοπαγίτου* scripsi ex Ven. pro *Ἀρειοπαγίτου*, cuius quae exempla attulit Lobeckius ad Phryn. p. 698. eorum pleraque vereor ne in codicibus aliter scripta reperiantur.

2. *πόθεν γὰρ πότε* Flor. quod vide an fuerit *πόθεν γάρ; πόθεν* — Ib. *τὸν παῖδα* Berglerus, libri *τὴν παῖδα*. Hymenaeum Terpsichorae filium praeter Alciphronem et Proculum Photii p. 321. etiam Tzetza Hist. XIII, 496. prodidit.

3. *εἰς ἔρωτα* libri, *ἧς ἐρῶ* Berglerus, *ἧς ἐρῶ τὸ* Könius ad Gregorium Cor. p. 164. Postremo Piersonus Veris. p. 94. *ἀναίνοιτο*, quod speciosum est; *μένοιτο* Flor.

I, 14.

1. *ἐξογκούμενον* vulgo. Scripsi quod res ipsa postulat *ἐξωγκωμένον*, quod confirmat quodammodo Vat. qui *ἐξωκούμενον* habet. Praeterea cod. *Π* habet *ἀποσχινθῆναι*, in quo *ἀποσχισθείη* latere videtur, quamquam etiam participium ferri potest.

2. *ἔφασαν* vulgo, *ἔφθασαν* Ven. in quo *ἔφρασαν* latere videtur, quod reposui. Idem cod. *Θ* error III, 4, 3. Nec dubium est quin etiam II, 4, 2. librorum scriptura revocanda sit.

3. *ἐκείνων* scribendum esse vidit Berglerus, confirmat nunc Ven. vulgo *ἐνοίκων*. Ib. *ἀλλὰ καὶ* scripsi pro *ἀλλὰ γὰρ καί*, quod e duobus libris receptum est; *ἀλλὰ γὰρ* coniungi vulgatum est, at vix unquam a bonis scriptoribus praecedente enunciato cum *οὐ μόνον*. Docent hoc vel exempla a criticis allata, quos indicat Jacobsius ad Achillem Tat. p. 477. Minus tamen accurati scriptores etiam hoc sibi indulserunt, ut Priscus Hist. p. 142, 21. *μὴ μόνον Σκύθαις, ἀλλὰ γὰρ καὶ τοῖς λοιποῖς βαρβάροις*.

I, 15.

Ἀδίκους αἰτεῖν χάριτας. Haec si de muneribus intelligenda sunt quae quis praeter ius fasque expetit, satis mire locutus est Alciphro. At fortasse in scriptura Vat. *ἀστίκους* latet aliquid exquisitius.

I, 17.

1. *σκοπιοῦρος* scripsi e Vat. *σκοπιοῦργος* Flor. et vulgo. Perizonius *σκοπιωρὸς* maluit, quae sane usitata forma est et

fortasse etiam Alciphroni restituenda. Retinui tamen quod codd. habent, cum similis fluctuatio scripturae sit in nomine κηπουρός vel κηπωρός. neque accentum mutare volui, de quo multa dici possunt, praesertim si quis totum horum compositorum genus disputatione complecti velit. Ib. legebatur φρίκῃ σκιερὰν κατὰ μέρος τὴν θάλατταν, in quibus cum κατὰ μέρος dudum mihi suspectum fuisset, vidi postea dubitationem meam confirmare Ven. in quo κατακαίρως scriptum est. Id vero quid aliud esse dicamus quam κατακόρως? Hoc igitur reposui.

2. περιεβάλομεν scripsi pro περιελάβομεν ex Ven. Ib. μερίτας· ἀποφαίνειν ἐπαγγελλόμενοι. Malim ἀποφανεῖν. Ib. vulgo τύχῃ με. recte pronomen omittit Ven., Seilerus τύχῃ ἐμέ.

I, 18.

1. λυρῳδοῦ Bergleri emendatio est, libri λοιδόρου et λοιδωρου. In sequentibus Seilerus edidit ὡς ἐκείνην φθειρόμενον ex Bergleri coniectura; libri ἐκείνῃ et ἐκείνης. at Ven. ἐκείνῃ συμφθειρόμενον, quod leniter correctum recepi deleto ὡς. Ib. τὴν ante ἀλήθειαν add. e Flor.

2. ἑψῶν ἐκ τῶν λεπτομερῶν vulgo. recte libri λεπτονέρων, de quo vide ad I, 1, 5. Praeterea ἕψων scripsi ex Ven. et A. altera forma scriptores attici sermonis studiosi in praesenti non utuntur.

Ib. verba ὡς ἔφασκεν αὐτὸς ἐπαγγέλλων, in quibus recte libri optimi ἀπαγγέλλων habent, fortasse post κρούμασιν transponenda esse, indicavi Seilero. At videntur hic plura corrupta esse. Quod mox sequitur ἠράσθης ferri non posse verissime contra Berglerum monuit Seilerus, qui probavit quod ego conieceram ἠρεθίσθης. Scripsi nunc minore mutatione et sensu commodiore ἠγάσθης.

Ib. vulgo ναυηγόν, pro quo ναυαγόν posui ex Flor. Sic paulatim rarescunt alterius formae in solutae orationis scriptoribus exempla. Cfr. Lobeckius ad Phryn. p. 429.

I, 20.

1. διὰ τὴν ἐκ πιότητος λεπτότητα. Ita haec in codd. scripta sunt, in quibus si quid corruptum est, pro λεπτότητα

coniecerim λειότητα. Ceterum non dubitandum est quin recte Piersonus Veris. p. 94. ista eicienda censuerit; hunc igitur secutus sum.

2. Legebatur διηνεκεῖ φυλάττετε εὐτυχίᾳ, quorum loco substitui quod legitur in Vat. ac διηνεκῶς etiam Ven. habet. Seilerus edidit ἐν διηνεκεῖ φυλάττετε εὐτυχίᾳ. In sequentibus Reiskio obsecutus indicavi lacunam post συνοικίζετε. supplet vir perspicacissimus ἀλλ' οὐκ ἐνδέχεται.

I, 21.

1. ἂν supplevit Berglerus; at praestat fortasse ἐργάσεσθαι scribere. Ib. ἀδηφαγοῦντα reduxi ex Ven. aliisque: Seilerus ἀδδηφαγοῦντα. Tum post πρωτεύουσιν vulgo inferuntur verba ἐξαναλοῦν τὸ πολὺ τῆς οὐσίας. Haec in libris varie scribuntur, quorum Urb. habet ἐξαντλοῦν τὸ πολὺ τῆς οὐσίας, AC et Flor. ἐξαντλοῦντα ἢ τὸ πᾶν ἢ τὸ πολὺ τῆς οὐσίας, Ven. ἐξαντλῆσαι τὸ πολὺ τῆς οὐσίας, Par. ἐξαναλοῦν τὸ πολὺ τῆς οὐσίας. Quod si optio datur, equidem non dubitem praeferre quod Ven. habet, quamquam ne hoc quidem ad structuram satis commodum est: nec mirum, attentius enim rem expendenti non dubium videri potest, quin ista nil sint nisi glossatoris annotatio ad χύσιν ἐργάσασθαι τῆς οὐσίας πολλήν, quae verba ut hoc adiciam respicere videtur Thomas Mag. p. 923. χύσις οὐσίας ἐρεῖς, οὐ χύμα, ut haec correxit Ruhnkenius.

2. ἐπειδὴ Κρίνων αὐτῷ ὁ γεννήσας ἐξεγένετο. In his Crinonis nomen quid moverit Heringam ut in Critonem, aut Seilerum ut in Gniphonem transmutarent non dispicio. Rectissime enim formatum est Κρίνων comparandumque cum multis illis nominibus participiorum formam referentibus. Rectius in eo offensionis causam reperias, quod omnino h. l. patris nomen perscriptum legitur, quod si commemorare voluisset scriptor, non dubium est quin id post superiora verba εἰ τεθναίη αὐτῷ ὁ πατήρ intulisset. Praeterea mori non ἐκγίγνεσθαι dicitur (nisi forte addito τοῦ βίου), sed ἀπογίγνεσθαι. Ac ne legitur quidem ἐξεγένετο in melioribus libris, sed ἐγένετο. Ex his omnibus intelligitur locum corruptum esse. Scribendum erat: ἐπειδὴ κρίνον αὐτῷ ὁ γεννήσας ἐγένετο. Quae proverbialis est dictio de iis, qui abi-

erunt unde negant redire quemquam. Hesychius *Κρίνον· τὸ ξηρόν· τάσσεται καὶ ἐπὶ πτωχοῦ, καὶ νεκροῦ καὶ διαπεπτωκότος.* Dilucidius rem exponit Zenobius IV, 18. *ἤτοι κρίνον ἢ κολοκύντην. τὸ τῆς κολοκύντης ἄνθος καλεῖται κρίνον· ἄδηλον δὲ εἰ οἴσει καρπόν. ἔταττον οὖν τὸ μὲν κρίνον οἱ παλαιοὶ ἐπὶ τοῦ τεθνηκότος, τὴν δὲ κολοκύντην ἐπὶ τοῦ ὑγιοῦς.* Deinceps affert Diphili versus, quos posui Fragm. Com. graec. vol. IV p. 420:

ἐν ἡμέραισιν αὐτὸν ἑπτά σοι, γέρον,
θέλω παρασχεῖν ἢ κολοκύντην ἢ κρίνον.

Eadem paroemia usus est Menander Fragm. inc. 504. fortasse etiam scriptor carminis ithyphallici apud Athen. VI p. 253 f.

Οἰδίπουν τίν' εὑρέ,
τὴν σφίγγα ταύτην ὅστις ἢ κατακρημνιεῖ,
ἢ σπίνον ποιήσει.

ubi *ἢ κρίνον ποιήσει* restituendum putabam: Oedipum nobis quaere, qui Aetolos aut deiciat de praesidio, aut ad mortem adigat.

Ib. *ὀψὲ* in hunc locum transposuit Valckenarius ad Ammon. p. 78. cum in codd. post *τῆς ἡμέρας* legatur. Quae sequuntur *ἡλίου — ἔχοντος* in libris diversissime scripta fortasse delenda sunt; neque habet Ven.

Ib. *ἄρτον ἐξ ἀγορᾶς* e Ven. scripsi, vulgo *τὸν* additur post *ἄρτον*. Sequentia item interpolatricem manum produnt *εὐημερίας ἡμέραν ἐπιτελοίη*, quae vix tuearis exemplis apud Lobeck. Paral. 534. Scribendum videtur *εὐημερίαν ἐπιτελοίη*. In fine epistolae ante *βλάβος* legebatur articulus *τό*, quem recte omittit Ven.

I, 22.

1. *ὁ Γέλωνος τοῦ Σικελιώτου πλακοῦς ἐπώνυμος.* Patriae Gelonis notatio fortasse glossatori debetur. Placentae autem a Gelone denominatae cum nullum adhuc praeter hoc Alciphronis testimonium a viris doctis reperiri potuerit, ecce iam aliud apponam ex epistola incerti scriptoris a Cramero edita in Anecd. Oxoniensibus vol. III p. 168. *τὸν σησαμοῦντα εὑρήσεις ἐνταῦθα καὶ τὸν Γελώνιον. (-ειον) πλακοῦντα καὶ ὅλως τῆς (τὴν) Κλεοπάτρας ἐπ' Ἀντωνίῳ ἑστίασιν.*

3. *ἄλλος ἄλλῳ διελέγετο.* De his vide ad III, 45.

4. *ἐπὶ τῇ παρολκῇ τῆς βραδυτῆτος.* Ven. *βραδύτητος.* Ad dictionem ipsam nihil habeo similius quam hoc Platonis Legg. IV, 712 a. *διατριβὴ μελλήσεως* a Lobeckio Paral. p. 535 allatum.

I, 23.

Hanc epistolam *Πλατύλαιμος* scribere fingitur *Ἐρεβινθολέοντι.* Quorum nominum alterum neque *Ἐρεβινθοφλέοντι* neque *Ἐρεβινθοκνέοντι* scribendum erat, sed *Ἐρεβινθολέποντι.*

1. *φύρδην φερόμενοι — ἄνεμοι.* Pro *φύρδην* non indigna est memoratu Flor. scriptura *σύρδην*, de quo vocabulo nuper dixit Hermannus ad Aeschyli Pers. 55. Videtur tamen *φύρδην* probandum esse, nisi quod Berglerus id non recte a c e r v a t i m interpretatus est. Describi ventos e diversis partibus ingruentes praecedentia ostendunt.

2. *κρυμὸς δὲ εἰσεδύετο μέχρι μυελῶν.* Cod. Dorv. post *εἰσεδύετο* inserit *λεπτός*, quod non improbaverim. Ib. malim *περὶ ταὐτά.*

3. *ἠνώχλει* scripsi e Flor. aliisque codd. pro *ἠνόχλει.* Ib. *νιφετὸν μὲν πηγυλίς.* Particulam recte omittit A. Ib. *πρόσοδον* ante Berglerum.

I, 24.

2. *ὡς ἂν ἔχοιμι σώζεσθαι.* Vat. *ἔχοιμεν*, quod *ἔχωμεν* scripsi, ut structurae lex postulat.

I, 25.

2. *εἱμαρμένη* Davisii correctio est; libri *ἡμέρα ἐκείνη.*

I, 26.

1. *τὰς Μαρψίου θύρας.* Vulgo *Μαρτίου*, quod ferri non posse vidit iam Berglerus; codd. fluctuant inter *Μαρτίου*, *Μυρτίου*, *Βυρτίας.* Seilerus *Βυρτίου* edidit. Scribendum putavi *Μαρψίου*, quod cum apud Eupolin parasiti nomen fuisse constet ex iis quae Histor. com. p. 113 disserui, non minus feliciter Alciphro feneratori indidisse putandus est.

3. *ὑποτεθειμένος* Piersoni est emendatio, libri fere *ὑπο-*

θέσει μηνός. Ib. *κάμψεις* Ven. *κατακάμψεις* Vat. *τὰς κάμψεις* vulgo.

I, 27.

1. *οὕτως ὅλον με αὐτὴ κατὰ τὴν παροιμίαν ἀνατρέψασα δουλεύειν ἐπηνάγκασας.* Iners est nec ullam vim habet pronomen *αὐτή*, in quo non dubium est quin aliquid lateat quod ad ipsum proverbium pertineat. Cod. B habet *αὐτῇ*, C *αὐτίκα*. Hinc nescio an scribendum sit *ὅλον με αὐτῇ [σκάφῃ] κατὰ τὴν παροιμίαν ἀνατρέψασα*, cum ipso alveo ut aiunt me subvertisti. Cuius proverbii etsi nullum exemplum habeo, aliis tamen paroemiis *τὴν σκάφην* ansam dedisse constat. Proverbialiter item dictum videtur illud *ἄνθρωπ' ἄπελθε, τὴν σκάφην ἀνατρέψεις* Choliamb. poet. p. 174. Nec dissimile est *ἀναρπάζειν αὐτῷ κανῷ*, quod *ἐπὶ τῶν ἄρδην τινὰ λυμαινομένων* dici constat e Zenob. II, 31. Diogen. II, 39.

I, 28.

1. *ἐξαπιναῖος* scripsi e pluribus libris pro *ἐξαπίνης.* In sequentibus expuli quod e libris nonnullis editum erat *τὴν δέριν*, cuius formae nullum exemplum est. Apud Pollucem II, 235. verissime LDindorfius restituit *δέρριν* i. e. *δοράν.*

2. *ἀεργὸς τῶν ἰδίων προϊστάμενος.* Ita recte nunc hic locus scribitur; sed *ἀεργός*, quae epica forma est, suspectum habeo. Ceterum haec omnia, pariter atque ea quae sequuntur *τοὐπτανίου καὶ τῆς ἐσχάρας*, obscaeno sensu accipienda sunt, ad quod non attenderunt editores Stephani Thes. v. *ἐσχάρα* et *ὀπτάνιον.*

Ib. Libri *βλέμμα* addunt post *βλέπεις*, quod delendum esse intellexit Berglerus; nec Schaeferus ad Bosii Ell. p. 64. quidquam attulit quod Berglero obsit. Ante *ἀναπνέεις* lacunam indicavi, nisi forte *καὶ ἀναπνέεις* interpolatoris est. De forma non contracta dixit Seilerus ad Fragm. IV, 3. cuius exemplis eximendus est Eumathius p. 230. *ἀλγέω τὴν κεφαλήν*, quae sunt Theocriti Id. III, 52.

I, 29.

1. *ἡμῖν* Berglerus. Ib. vulgo *εἰωθότα*, at tres codd. et

in his Flor. εἰωθότας, quod mihi ex εἰωθότος potius quam ex εἰωθότα corruptum visum est. De structura v. Vindic. Strab. p. 19.

Ib. ἐραστοῦ ὑστερῆσαι, ab amatore seiungi, privari. Rarissima dictio; nec mirer si quis coniciat ἐστερῆσθαι. At similiter tamen dixit Euripides Iph. Aul. 1203. νῦν δ' ἐγὼ τὸ σὸν σώζουσα λέκτρον παιδὸς ὑστερήσομαι. Similiter, inquam: accuratius enim rem expendenti Euripides dicere videbitur superstes ero filiae; et vel sic non incredibile est hunc scripsisse ἐστερήσομαι.

4. Libri αὐτὸν οὐκ ἔλαττον. Delevi οὐκ ipsa postulante sententia, quamquam erunt fortasse, me tamen repugnante, qui οὐ μᾶλλον scribere malint.

5. ἡγοῦμαι vulgo; maior pars codicum ἡγούμην, quod restitui. In sequentibus ἄλλως τε κἄν μοι non est praesertim cum, quo pacto nec sententia nec structura recte procedit, sed ac praeterea etiam si. Nescio tamen an praestet scribere ἄλλως τε ἐάν. Codd fere ἄλλως τε (δὲ Flor.) κἀμοί.

I, 30.

1. ἢ τοῖς διδοῦσιν ἐντυγχάνουσαι. Dicendi usum qui cognitum habent facile mihi assentientur, si ἐντυγχάνειν non recte hic positum dicam. Scripsi igitur ex plurimis optimisque libris αἵ τυγχάνουσαι, in quo nihil est quod non optime dictum sit; dativus τοῖς διδοῦσιν a κριθησόμεθα suspensus est.

Ib. καὶ μηκέτι ἔχειν πράγματα μήτε τοῖς ὁμιλοῦσι παρέχειν. Non male Seilerus μηδέ conicit; magis tamen placeret μηκέτι [μήτε] ἔχειν, vel μηκέτι [μήτε αὐτὰς] ἔχειν.

I, 31.

1. χρηστὸν δὲ εὗρες Ὑπερίδην. Delevi Ὑπερίδην, quo concinnitas orationis turbatur. Nisi forte, quod non puto, post ἐραστοῦ excidit Εὐθίου.

2. Scripsi quod sententia postulat μὲν οὖν pro μὲν γάρ.

3. πάλιν δι' αὐτοῦ legebatur, quod qui vitiosum esse intellexit Berglerus scribi voluit παρ' αὐτοῦ. Reposui ἀπ' αὐτοῦ, quod ab edito una lineola differt.

4. Libri οὐδὲν ὁ ῥήτωρ ὠφέλει. Recte Seilerus οὐδὲν ἂν requirit; at poterat lenius οὐδ' ἄν.

I, 32.

2. Legebatur Φρύνην γὰρ στέρξει δηλονότι Μυρρίνην. Correxit libris adiuvantibus Seilerus.

I, 33.

2. ἡ δὲ καλῶς e bonis codd. restitui; vulgo ἀλλὰ καλῶς. Mox revocavi ordinem verborum vulgatum οὐδὲν ᾤμην et §. 4. χρῶμα σανδαράχης. quem tuetur etiam cod. Flor.

3. τὴν ἀγερωχίαν vulgo omissum praebuit Flor. Idem coniectura assecutus erat Dorvillius ad Char. p. 473. nisi is ex Flor. sumpsit.

4. εἶδεν Berglerus, libri οἶδεν.

5. μή μέ τι μέμψῃ scripsi pro μή μ' ἔτι μέμψῃ. Cfr. II, 4, 13. ἀλλ' εἰ καὶ σὺ μή μέ τι μέμψῃ. Postremo οὐδὲ βλασφημίαις e codd. posui pro οὐδ' ἐν βλασφημίαις.

I, 34.

1. Legebatur Ἀκαδημίαν.

2. Legendum videtur ἐμάνης Εὐθύδημε, [ἢ] οὐκ οἶδας, quo paulo rotundior evadit oratio.

3. σὲ γὰρ περιβάλλουσα κοιμᾶσθαι μᾶλλον ἐβουλόμην ἢ τὸ παρὰ πάντων σοφιστῶν ἀργύριον. Haec corrupta esse vidit Seilerus, qui ἔχειν post ἀργύριον addendum coniecit. Equidem vereor ne verba περιβάλλουσα κοιμᾶσθαι glossatori debeantur.

Ib. λῆρος ταῦτά εἰσι καὶ τῦφος. Scribendum erat aut λῆροι aut ἐστι, quorum prius cum cod. Flor. habeat, hoc reposui. Cfr. ad I, 1.

5. Malim ὁπόθεν εἰσὶν vel ὁπόθεν ἂν εἶεν.

8. πρὸς τὴν ἐρωμένην ἧκε τὴν σεαυτοῦ οἷος ἐπανελθὼν ἀπὸ Λυκείου πολλάκις τὸν ἱδρῶτα ἀποψώμενος. Non dubium est quin hic aliquid exciderit; nec vero sufficit cum Reiskio εἴωθας inserere post οἷος. Alciphro, ni coniectura fallit, scripserat: οἷος ἐπανελθὼν ἀπὸ Λυκείου πολλάκις [ἐφοίτας καί μοι παρεκάθησο] τὸν ἱδρῶτα ἀποψώμενος. Habetque ea coniectura tanto plus probabilitatis, cum loci co-

lorem scriptor e Theocrito duxisse videatur Id. II, 155. *ἦ γάρ μοι καὶ τρὶς καὶ τετράκις ἄλλοτ' ἐφοίτη, καὶ παρ' ἐμὶν ἐτίθει τὰν δωρίδα πολλάκις ὄλπαν.* Indicavi igitur lacunam.

6. *τὸ ἑωθινὸν* Berglerus, quod probarem si *σπᾶν* per se de bibente dici posset; nunc locutus est scriptor ut praeter alios locutus est Theocritus Id. XVIII, 11. *ἦ ῥα πολύν τιν' ἔπινες*, quae imitatus est Alciphro I, 35, 2. *τρίτην ταύτην ἑσπέραν πολύν τιν' ἐνεφορησάμην.*

I, 35.

1. Seilerus edidit ex cod. A *φιλοτιμίαν οἴει πρός τινας τῶν διαλεγομένων*, ceteris libris *οἴει* post *διαλεγομένων* ponentibus. At cum *διαλέγεσθαι* necessario dativum requirat, apertum est scribendum esse *φιλοτιμίαν οἴει — διαλεγομένων σοι*, in quibus cum *σοι* in *οἴει* depravatum esset, non mirum est prius *οἴει* a librariis deletum esse. Ceterum ad hanc epistolam non incommode loci aliquot ex Horatii Epodis comparari possunt, velut ad §. 3 *τοῖς νῦν μὲν μακαριωτέροις ἡμῶν, οὐκ εἰς μακρὰν δέ, ἅνπερ ὡς* (ita scripsi ex *Π* et Flor. pro *ἂν ὥσπερ*) *ἡμεῖς ἔχωσιν, ἀνιασομένοις* Epod. XV, 17. at tu quicunque es felicior — eheu translatos alio maerebis amores.

I, 36.

2. *ἰδοῦσα.* Cod. *Δ ἰδοῦσας*, quod fortasse ex *ἰδοῦσαν* corruptum est. Cf. III, 10, 2. *οἱ δάκτυλοι ἥκιστα τῆς δικέλλης ἐμέμνηντο.* In iis quae statim sequuntur *περιβαλομένη* scripsi pro *περιβαλλομένη*.

3. *πόθεν* pro *ποθὲν* dedi e Flor. et C. Non credo tamen locum vitii immunem esse. Ib. cum pro altero *φιλεῖς*, quod e cod. A recepit Seilerus, vulgo legatur *φῄς* idque etiam Flor. aliique habeant, non male Reiskius coniecit *φιλεῖν ἄνθρωπε φῄς —*.

4. *τί οὖν; οὐ ποτήρια ἔστιν ἐπὶ τῆς οἰκίας ὑμῖν;* Haec vulgo sine interrogatione efferuntur. Quae his subiciuntur *μὴ χρυσία τῆς μητρός, μὴ δάνεια τοῦ πατρὸς κομιούμενος*, non intelligi possunt, nisi aliquid in hanc sententiam excidisse statuatur: *μὴ οὖν τὸ λοιπὸν φοιτᾶν παρ' ἡμᾶς ἐθε-*

λήσῃς εἰ] μὴ χρυσία — κομιούμενος. Indicavi igitur lacunam.

Ib. Φιλῶτις verissime Seilerus; libri φιλότης. Quae sequuntur τοῖς (hoc recte delevit Wagnerus) εὐμενεστέροις ὄμμασιν εἶδον ἐκείνην αἱ Χάριτες, quae III, 44, 2. redeunt, fortasse delenda sunt, quo pacto lenior fluit oratio μακαρία Φιλῶτις οἷον ἐραστὴν ἔχει Μενεκλείδην.

I, 37.

1. Fortasse aut hic κοιμηθησόμενος scribendum, aut §. 3. κοιμησόμενος.

3. Legebatur ἐάν pro εἰ.

4. Scribendum videtur ἐκκορήσει pro ἐκκορήσειεν.

5. ἀμφιβάλλειν εἴωθε τὰ φίλτρα καὶ ἀποσκήπτειν εἰς ὄλεθρον. Si philtra dubium habent eventum, eadem in perniciem cedere dici non potest; ferendum tamen putarem si scriptum esset καὶ [δὴ καὶ] ἀποσκήπτειν. at cum Flor. et CD ἀποσκήψειν habeant, fortasse scribendum κἂν ἀποσκήψειεν.

I, 38.

1. τότε, τοσοῦτο πικροῦ Abreschii et Jacobsii emendatio est, quam recipere non dubitavi; libri τὸ τέλος οὐ πονηροῦ. Ib. νῦν μνήμην ex Flor. recepi, vulgo τὴν μνήμην, alii libri μὴν μνήμην, AC μνήμην. Seilerus malit νῦν πικροῦ τὴν μνήμην. At exacte utriusque membri partes sibi respondent, τοσοῦτον = ὅσον, ἡδίστου = πικροῦ, τότε = νῦν. Ib. Seilerus scripsit ὁ χρόνος, quo non opus est.

2. Scripsi ἁμάρτοι ex C et Flor. ἁμαρτάνοι vulgo.

4. Μήδειον ἐκεῖνον τὸν ἀπὸ Συρίας. Non dubitari potest quin recte LDindorfius Μήδειον non gentis, sed hominis nomen esse intellexerit, quod rectiusne Μήδειος an Μήδιος scribatur incertum est. Ipse alterum probavi Exerc. in Athen. I p. 34. eademque est Dindorfii sententia. Ib. ὅμως ἄκουσα αὐτὸν οὐ προσίετο. Locus varie, sed nullo cum fructu tentatus. Libri ἄκοντα habent, quod κλάοντα scribendum putavi. Lacrimantes amatores, qualis Medius ille, saepe repraesentavit comoedia nova. Vide quae diximus ad Menandri Rel. p. 118. et Alciphr. I, 35. aliisque locis. Ib. χλανίδιον posui e Flor. χλανίσκιον vulgo.

5. Post ἔμποϱον Reiskius εἴπω requirit. Si quid mutandum, malim τί λέξω τὸν Αἰγύπτιον ἔμποϱον ὡς ἀπεσκοϱάκισεν; Ita non raro δὲ ex λέγω corruptum est. Ib. ὑπήνεγκεν vitiosum videtur; dolet amator Bacchidem meretriciae vitae nomen dedisse. Fortasse ἀπήνεγκεν scribendum est: quam probos mores fortuna non ad feliciorem vivendi condicionem detulit.

6. ψαύσω Reiskius. Ib. vulgo κολάσμασιν, quod Berglerus de usu venereo interpretatur; in quo nemo ei assentiatur. Nec Bergkio ἀκολαστάσμασιν scribendum esse concesserim, sed cum cod. Flor. κολαύμασιν habeat, non dubitavi id ἀπολαύσμασιν scribere. In sequentibus verbis ἀϱτίως μέν latere opinor participium verbi, a quo dativi τοῖς ἡδίστοις ἀπολαύσμασι pendeant.

7. Verba ἐπ' ἄκϱοις μοι δοκεῖ τοῖς χείλεσιν αὐτῆς ἐκάθισεν (ἐκάθιζεν?) ἡ πειθώ nescio an rectius post ἐνίδϱυντο transponantur. Ib. malim ὑπέζωστο pro ὑπεζώσατο. Tum ὁμοῦ scripsi pro ὅλαις, quod quamquam pro πάσαις accipi potest, hic tamen non aptum puto. Reiskius αὐταῖς coniecit.

8. πϱοπόσεις scripsi e Flor. pro πόσεις. Cfr. Fragm. VI, 18.

I, 39.

1. Scripsi ἀκαϱιαίως. libri ἀκϱιβῶς, quod Arnaldus, quem Seilerus secutus est, ἀκαϱῆ πως scribebat; poterant lenius ἀκαϱί πως. at πως redundat nec ullam hic vim habet. Ib. ἐπὶ θυσίαν percommode obtulit Flor. pro vulgato εἰς. Ib. εἰ μὴ δι' ἐκείνην corrupta esse iam Berglerus intellexit, parum feliciter οἶμαι δι' ἐκεῖνον coniciens. Sententia hoc fere postulat: οὐχ ἥκεις, οὐ μὴν δι' ἐκείνην [μόνον, ἀλλ'] οὐδὲ τὰς φίλας —

2. ὑπῆϱξε καὶ Φίλωνι συκίνη βακτηϱία. Metricum fuit haud dubie proverbium ἦν καὶ Φίλωνι συκίνη βακτηϱία, ab Alciphrone consulto, ut videtur, solutae orationi assimilatum. Ib. meretricum nomina Μοσχάϱιον — Θϱυαλλίς accesserunt e Flor. Ib. τὸ καλὸν Hemsterhusius; libri τὸν καλόν. Tum ἀποκοιμήσασα (ita enim scripsi pro vulgato ἀποκοιμίσασα) non recte, ut equidem puto, interpretatur Berglerus sopito marito, quod graece esset κατακοιμήσασα. Videtur esse

postquam effécit ut maritus secubaret, quod facere solebant mulieres religionis sacrive ritus causa.

3. ὑποσκίοις libri; correxit anonymus apud Wagnerum.

4. τὸ γοῦν ante Seilerum. Ib. πιμελὴ ἢ Arnaldus, πιμελὴν ἢ Seilerus, τὶ μελὶ libri.

5. Scripsi ἀγωνιοῦμαι pro ἀγωνίσομαι et ἀγὼν pro ἀγών. Tum Schneiderus Saxo ἀποσιμώσασα. Ib. τὰ παραπόρφυρα τῶν ἰσχίων. Ita Seilerus; vulgo legebatur πορφυρᾶ, libri autem fluctuant inter παραπόρφυρα et παραπορφυρᾶ. Sed παραπόρφυρα valde vereor ut hic ferri non possit; paulo melius esset περιπόρφυρα, quamquam ne hoc quidem probaverim, atque aliud hic latere docet codicum scriptura. Scripsit fortasse Alciphro: τὰ παρὰ πορφύραν πορφυρᾶ τῶν ἰσχίων ταυτί, quae purpureo colore vel purpuram superant, notissimo usu praepositionis παρά. Ac confirmare videtur hanc emendationem simillimus locus Rufini in Anth. Pal. V, 35. τῆς δὲ διαιρομένης φοινίσσετο χιονέη σάρξ, πορφυρέοιο ῥόδου μᾶλλον ἐρυθροτέρη. Dicta autem ista sunt ad formam proverbii, quo πορφύρα παρὰ πορφύραν spectanda esse dicitur, de quo bene disseruit vir sanctae mihi memoriae AGLangius Opusc. p. 129. et quem is affert Valckenarius ad Herod. VII, 10. quibus uti poterant Thesauri Stephaniani editores vol. VI p. 200. ubi proverbium illud nullo auctore munitum est. Quae his proxime inferuntur verba, τὴν ἐπὶ τοὺς μηροὺς ἔγκρισιν fortasse ex margine accesserunt; pro ἔγκρισιν autem, quod non intelligo, posui ἔγκλισιν.

6. φησίν, quod post νὴ Δία facile excidere potuit, Seilero praeeunte inserui, nisi quod ille ἔφη voluit. Tum ἅμ' est Jacobsii emendatio pro ἀλλ'. Mox Μυρρίνης ex Flor. scripsi; vulgo Μυρρίνη. Ib. περὶ ἄλλων συγκρίσεις καὶ περὶ μασταρίων ἀγῶνες. Suspicor περιάλλων συγκρίσεις, ut earum quoque partium, quibus mulieres mulieres sunt, comparationes instituisse dicantur; quae si vera est emendatio, iam tandem vocis exemplum habemus adhuc nonnisi e grammaticis cognitae. Scribitur hoc vocabulum πέριλος in Suidae glossa Πέριλος: τὸ αἰδοῖον δι' ἑνός. Atque ita etiam apud Photium p. 414, 22. scriptum est. Arcadius autem p. 54, 10. disertim inter nomina in αλλος exeuntia recenset

περίαλλος τὸ ἰσχίον, qui quod cum aliis consentiens nomen hoc per *ἰσχίον* explicat, satis constat huiusmodi nomina ad varias corporis partes transferri. Duobus λλ effertur etiam in codice Hesychii v. *περίαλος* et a Sanginatio apud Daremberg Notices des Manuscrits méd. vol. I p. 130. Similiter fluctuat interpretatio et scriptura nominis *δορίαλλος*, quod in eundem sensum dicitur. V. Lobeckii Prol. Pathol. p. 118. Quae superioribus verbis proxime inferuntur *τῇ μὲν γὰρ Φιλουμένης γαστρί* etc. ineptissime dicta sunt, nisi aliquid in hanc sententiam praecessisse statuas: *οὐ μὴν περὶ γαστέρων ἠμφισβητοῦμεν*, quibus iam illa satis commode inferuntur. Itaque lacunam indicavi.

7. *δ' οὖν* Seilerus; libri *γοῦν*. Ib. *πολλὰ* pro *πολλὰ δέ*, quod plures libri habent, ex A*Δ* et Flor. scripsi; aliis fortasse *πολλὰ δὴ* placebit. Ib. *κατῆμεν* Seileri emendatio est; libri *κάτιμεν*. Ib. *ἐρᾷ γὰρ αὐτοῦ Θαΐς κακῶς*. Hoc parum recte scriptum videtur, si quidem *κακῶς ἐρᾶν* bene dici potest de vero eoque infelici amore, ut I, 35, 4. *ἐρῶ γὰρ ὦ Πετάλη κακῶς*, non item, ut mihi quidem videtur, de amore petulanti nec nisi pecuniae causa suscepto, qualis hoc loco describitur. Fortasse igitur *διακαῶς* scribendum, quae dictione utitur noster I, 27, 2. III, 8, 2. et indicante Berglero Heliodorus VIII, 2.

8. *Ἀδωνίοις* Piersonus; libri *ἀλώοις*. Ib. *ἑστιώμεθα* miro errore Berglerus pro *ἑστιασόμεθα* dictum esse putat. At fortasse hoc ipsum scripsit Alciphro. Similiter tamen praesenti utitur II, 2, 9. *οὐκέτι φέρει τὸν κόρον*. III, 29, 2. *ἑρμαίῳ σοι χρῶμαι* et III, 39, 2. *συνθύεις αὔριον*, fortasse etiam II, 1, 3. *τὰ Ἀφροδίσια ποιῶ ταῦτα τὰ κατ' ἔτος*. Ib. *κήπιον* (*κηπίον*) Bastius, libri *κήτιον*. Ib. *κοράλιὸν* Seilerus.

II, 1.

1. Post αἴτιος inserui ὅς, et ἐπέτρεψας scripsi pro ἐπιτρέψας praeeunte Wagnero; praeterea delevi καὶ quod ante οὐχ ἡγησάμενος libri habent. Fecit etiam Hirschig, ut vidi e Seidleri Addendis. Ib. ἀποστρέφομαι ὡς τὸν ἥλιον. Cum Sole Demetrium comparabat adulatio Atheniensium. V. Athenaeum VI p. 253 e.

2. τούτου Flor. τοῦδε vulgo.

3. Legebatur εὐχομένη, pro quo εὔχομαι scripsi. Ib. libri omnes μέγα φιλῇς, pro quo με φιλῇς iam olim scripsi. Similiter Hirschig, qui με καταφιλῇς praetulit; nec impedio, quamquam μέ et μέγα etiam alibi permutantur, et φιλεῖν pro καταφιλεῖν dixit Alciphro etiam Fragm. VI, 13. Ib. ἡ ante Μακεδονία inserui propter sequentia ἡ Ἑλλὰς et ἡ Θρᾴκη. Ib. αὐτὸν scripsi praeeunte Arnaldo, quod confirmat nunc Flor. Vulgo αὐτοῖς. Ib. pro μεῖνον Flor. aliique codd. habent μᾶλλον, unde suspicari possis aliquid de instante Demetrii profectione excidisse, qua memorata in hunc modum scriptor pergere potuit: μὴ σύ γε, ἀλλὰ μεῖνον εἰς τὴν ἐπιοῦσαν, ἢ] μᾶλλον εἰς τὴν τρίτην. nec negari potest orationem ut nunc conformata est iusto esse abruptiorem. indicavi igitur lacunam recepto illo μᾶλλον. In sequentibus nescio an scripserit ταῦτα [τὰ] κατ' ἔτος. Tum recte Reiskius νικῶ, pro quo libri νικᾷ, quamquam nec Berglerus male coniecit νικᾶται.

4. ἐπιφανῶς Ruhnkenius; libri πιθανῶς. Tum recte, ut videtur, Seilerus καὶ γάρ μοι περιουσιάσαι γεγένηται, pro quo libri ἄν μοι et γένηται habent. Possis etiam ἐπεί μοι pro ἄν μοι. Ib. πεποιηκυίᾳ Berglerus pro πεποιηκυῖα. Ib. σοῦ γὲ Berglerus; libri σοῦ τε.

5. Cod. Dorv. et Flor. προσέπεμψαν pro προσέβλεψαν.

6. Quae in marginem reieci verba eicienda esse vidit Jacobsius. Apertum est interpolatorem ipsas compellare meretrices, insatiabiles earum libidines castigantem. eidem auctori tribuerim quae e cod. Dorv. et Flor. post μαλακίζεσθαι Seilerus inseruit τὰ δὲ ᾄδειν, τὰ δὲ αὐλεῖν, τὰ δὲ ὀρχεῖσθαι,

fortasse etiam sequentia τὰ δὲ δειπνοποιεῖν τὰ δὲ κοσμεῖν σοι τὸν οἶκον, in quibus σοι Berglerus delebat. Ib. malim τὰ μέν [τι] ποιεῖν, vel πονεῖν cum Arnaldo. Ib. τὰς δὲ ὁπωσοῦν ante Berglerum. Ib. εὐαλέστεραι scripsi; libri εὐαλούστεραι, quod Lobeckius Paral. p. 39. εὐαλωτότεραι vel νεαλέστεραι scribi voluit. Praetuli quod ipse vir eximius probabiliter Hesychio restituit: Εὐαλής, εὐχερῶς θηρώμενος, ubi vulgo contra literarum ordinem εὐαλώς legitur.

7. Legebatur ἑταίρους pro ἑτέρους, quod reponendum esse vidit Berglerus; eidem debetur πλάττεσθαι, pro quo libri φυλάττεσθαι. Corrupta item sequentia quae Reiskius ita refingebat: ὅς οὕτως ἀφειδῆ ἐκχεῖς ἐπ' ἐμὲ τὸν πλοῦτον, ὡς ἐπιδεικνύναι. Ib. ἀφεῖσα πάντα καὶ τὴν ψυχὴν ἐμαυτῆς. Haec ferri possunt, nescio tamen an ἐπιδοῦσα post ἐμαυτῆς exciderit. Post ἀφεῖσα Reiskius σοι addebat.

8. ἐν excidisse vidit Seilerus; tum ὄρεσι delebat Reiskius.

II, 2.

1. Scripsi ex optimis libris ἄρτι πάλιν pro simplici πάλιν. Videtur id autem ita dictum esse, ut nostro auf einmal wieder, plötzlich wieder, respondeat et idem fere quod αὐτόχρημα significet. Similia quaedam vide apud Lobeckium ad Phryn. p. 18 sq. Ib. ἀδιαλείπτους Arnaldus; libri ἀδιαλύτους.

2. ἀστομάχητον constans librorum scriptura est, cui parum probabili coniectura Lennepius ἀνενόχλητον substituit, quod recentiores secuti sunt. Scripsi αὐτομάχητον. Verbum αὐτομαχεῖν proprie dicitur de iis qui suas ipsi causas defendunt, quod vides quam facile in eam sententiam deflecti possit, qua quis pro se ipse pugnare, vel sui iuris esse dicitur. Sequentia quoque graviter corrupta sunt, sed frustra coniecturis tentata. Post ὄντως fortasse lacuna indicanda et tum scribendum ἐπεὶ πολιορκητὴν ἔχω τοιοῦτον, οὐχ οἷον σὺ Λάμια Δημήτριον.

3. τινὰ Medebach Wacker; codd. τινὰ ἤ. Pro τινὰ Hirschig coniecit τόν. Ib. καὶ πέρας. Ante haec quoque verba videntur nonnulla excidisse. mox ἀδιαπαύστους a Seilero repertum, cum libri διασπάστους et διαπαύστους habeant, confirmat nunc Flor.

4. ὁ δέ, ille vero, scripsi pro ὃ δέ et e Flor. τετόλ-

μηκεν pro ἐτόλμησεν; cod. Dorv. ἐτόλμηκεν. Ibidem σου inserui ante βουλομένη.

4. πρὸς τὸν νεανίσκον οἰκείως ἔχειν. Ita cd. Dorv. at ceteri omnes habent οὐκ ante οἰκείως, pro quo in Flor. lacuna est. Videtur olim scriptum fuisse οὐκ ἀνοικείως.

5. Legebatur χρυσεῖα et deinde Ἰνδοὺς Ἰνδάς, quorum alterum correxi iam olim ad Menandri Rel. p. 101. recepitque Seilerus. Ib. τὰ μικρότατα προλαμβάνει τὰς ὥρας sana esse non possunt, sed nihil video remedii. Ib. οὖν scripsi e Flor. pro νῦν, et Reiskium secutus ante ἐκ Καππαδοκίας lacunam indicavi. Supplere possis ἀλλά, sed videntur plura excidisse. Eidem Reiskio πρώην debetur, pro quo πρῶτος libri habent.

6. εἰ καὶ ὅλη γένοιτο ἡ Ἀθηναίων πόλις Ἐπικούρων. Ita libri haec habent scripta, quae nil aliud significare possunt quam etiamsi tota civitas se Epicuris addiceret, non etiamsi tota sit Epicurorum et unice constet ex Epicuris, ut existimabat Perizonius. Rectiore iudicio Reiskius μεστὴ excidisse putabat. at habebat ante oculos quod quaerebat; pro γένοιτο enim γέμοι scribendum, quod verbum non alienum esse ab Alciphronis usu docet III, 14 et 65. Id igitur reposui. Ib. καὶ μὴ δὴ — κεχρημένος quasi respondentis esse Lamiae intellexit Reiskius, ceterum initio parum probabiliter coniciens καὶ μήν, φής, δέδοικα pro καὶ μὴ δή. Sufficit opinor delere καί. Ib. καὶ ἃ ἔχω. Non male Lennepius κατεχέτω. Tum τι δόξα libri, quod ἡ δόξα scripsi; vidit etiam Reiskius.

7. ὁ Ἀτρεὺς οὗτος vulgo; interposui δέ. Atreo comparat Epicurum propter imperiosum iussum, quo Timarchum ex horto suo expellit. Videntur haec ad tragoediam graeci poetae, fortasse Sophoclis, referenda esse; nec inepte quis coniciat sequentia ipsa poetae verba esse:

ἔξελθε –⏑ τῆς ἐμῆς μοναρχίας,

cui scriptor suo consilio accommodate μοναγρίας substituit. Iactabundum et imperiosum induxit Atreum poeta latinus apud Senecam Epist. 80.

En impero Argis, sceptra mihi liquit Pelops,
qua ponto ab Helles atque ab Ionio mari
urguetur Isthmos.

At vix recte legitur καὶ μὴ πρόσιθι. Timarchus Epicuro se addixerat, ut cum Leontio consuesceret; itaque Epicurus dicere debebat, aut exi ex hortis meis, aut noli rem habere cum Leontio. Fortasse igitur ἢ μὴ πρόσιθι scribendum.

8. Edebatur τὸν ἕτερον, pro quo τὸν ὕστερον scripsi ex Flor. quod res ipsa commendare videtur. Ib. ὡς ἐνθυμηθεῖσα. Haec male tentat Reiskius; de ὡς post iuramentum vide ad II, 3, 1. At recte idem ἵδρωκα τὰ ἄκρα pro ἱδρῶ καὶ τὰ ἄκρα coniecit, quod recepi; nisi malis ἵδρωκε. Porsonus ἱδρῶ κατ' ἄκρας.

9. καὶ ante οὐκέτι adieci e Flor. Ib. κόρον suspectum; requiro χωρισμόν vel simile quid. Ib. Ἕρμαρχον CAKlotzius, libri Ἕρμαχον, frequenti errore. V. intpp. Ciceronis de Fin. II, 30. et Lobeckii Prol. p. 521 sq. Apud Stobaeum Flor. 118, 31. ubi Ἕρμαχος editur, recte Frobenius habet Ἕρμαρχος, atque ita etiam hunc ipsum Stobaei locum respiciens Photius Bibl. p. 152, 10.

10. τί ἔστιν αὐτῷ ποιῆσαι. Scio ποιῆσαι sic dativo iungi posse, hic tamen ambiguitatis vitandae causa malim αὐτόν. Ib. τὸ ἐρᾶν. Reiskius ὁ ἐρῶν. Si quid mutandum, malim ἀναίσχυντός ἐστι γέρων. In sequentibus, quae scripsi ut apud Seilerum leguntur, item aliquid turbatum est: pro ὅμοια vulgo legitur ὁμοίως, at cod. C et Δ habent ὁμοία, quod non ὅμοια scribendum esse docet optimus cod. Flor. in quo est ὁμοία τις. Praeterea τοίνυν, quod eo quo nunc legitur loco non recte positum est, in libris incerta sede vagatur; in cod. Δ enim legitur post ὁμοία. Haec omnia reputanti fortasse locus ita scribendus videbitur: καὶ ἐγὼ ἔσομαι ὁμοία τις αὐτῷ, eiecto ἀναίσχυντος, quod a glossatore ad ὁμοία τις adscriptum videtur. τοίνυν ex τις et sequente αὐτῷ ortum est; si quis retinere velit, post ἔσομαι ponere debebit.

II, 3.

1. Ἐγὼ μὰ τὰς Ἐλευσινίας θεάς — ὡς ταῦτα γράφω. Dura et impedita videri potest haec dicendi ratio, omisso verbo ὄμνυμι, quod si addidisset scriptor, similior etiam locus evasisset Menandreo, quem manifesta imitatione expressit in Fragm. Com. IV p. 248.

ὀμνύω σοι τὸν Δία
τὸν Ὀλύμπιον καὶ τὴν Ἀθηνᾶν, φιλτάτη,
ὀμωμοκὼς καὶ πρότερον ἤδη πολλάκις.

Sed ut hic similiter etiam II, 2, 8. locutus est νὴ τὰ μυστήρια, ὡς ἐνθυμηθεῖσα ἀπέψυγμαι, quamquam noster locus ab illo aliquid differt. Ib. τἀμὰ scripsi pro τὰ ἐμά, quae ab Alciphrone constanter crasi coniuncta sunt. Ib. σοῦ χωρίζεσθαι Berglerus; libri σοι χαρίζεσθαι. Mox malim ἡδύ pro ἥδιον.

2. τίνι δ' ἐπαρθῆναι μείζονι δυναίμην τῆς σῆς φιλίας; Hoc posui pro edito τί δ' ἐπαρθῆναι μεῖζον δυναίμην τῆς σῆς φιλίας. Nec obstat genetivus φιλίας. Cf. Sophocles Antig. 50. πλείων χρόνος ὃν δεῖ μ' ἀρέσκειν τοῖς κάτω τῶν ἐνθάδε. Thucydides VI, 16. ἐμοὶ μᾶλλον ἑτέρων προσήκει. Praeterea ἂν requiro, sed de loco ambigo. Ib. Seilerus ἐπεὶ καὶ coniecit pro εἰ καί. Tum σά adieci suadente Dorvillio; alterum enim tantum de duobus recte dici potest, aut τοὺς σοὺς τρόπους καὶ ἤθη, aut τοὺς σοὺς τρόπους καὶ τὰ σὰ ἤθη.

3. ἐς ᾅδου scripsi cum Reiskio pro ἐν ᾅδου. Idem in sequentibus ζῆλος τίνων ἄλλων etc. pro εἰ codd. fere ἢ habent. Malim igitur ζῆλος μὴ τινῶν ἄλλων. Tum μὴ δή scripsi iam olim, sequente Seilero, pro μὴ δέ.

5. δηλῶν (C δηλῶ) non adducor ut sanum esse credam; fortasse δῆλον ὅτι, vel δῆλα δή. Ib. ὄψεται καὶ βουλεύσεται. Cf. Aeschylus Prom. 1001. ὦπται πάλαι δὴ καὶ βεβούλευται τάδε.

Ib. σαλακωνείας scripsi e Flor. aliisque libris pro σαλακωνίας. Exempla illius formae indubitata praeter ea, quae in thesauro Stephaniano afferuntur, habeo plura.

6. αὐτοῦ excidisse vidit Seilerus.

7. ἵνα μὴ κόπτω σε. Haec corrupta esse et contrariam potius requiri sententiam iam olim indicavi; quod enim Reiskius aliique existimant, scriptorem eorum quae in prima harum epistolarum scripserat immemorem hariolatum esse, non video equidem quo quis iure id contendat. Fortasse lenissima correctione vitium ita tolli potest, ut scribatur ἵνα δὴ κόπτω σε δίς, scilicet ut bis te fatigem et meas et regis literas legentem. Ironicus orationis color ab hoc loco non alie-

nus est. De verbo κόπτω dixi ad Fragm. Com. IV p. 484. cf. Piersonus ad Moerin p. 74.

9. αὐλάς addendum esse vidit Berglerus. Ib. τὸ ἀνελεύθερον de libertatis amissione interpretatur Berglerus, in qua quid periculosi inesse possit non video. Hoc potius dicere videtur, plenam periculi rem esse si quis in aulis illiberalem animum prodat. Nisi forte scripsit auctor τὸ ἐλευθεριάζον. Ib. θηρικλείους Berglerus; libri ἡρακλείους.

10. τὰ ἐν ταῖς αὐλαῖς ἐπίφθονα παρὰ τούτοις ἀγαθὰ φυόμενα. Mirum haec intacta reliquisse criticos, in quibus φυόμενα inepte dictum est. Alciphro scripsisse videtur ἀγαθὰ ὑμνούμενα sive malis καλούμενα, in bonorum numero ab his celebrata. Ita saepe παρὰ noster dixit, ut I, 32, 3. παρὰ πάσαις ἡμῖν μεμίσηται. 35, 2. ἐλεεῖσθαι παρὰ τοῖς ἐπιεικεστέροις, aliisque locis. τούτοις ad aulicos referendum, nisi aliquid corruptelae latet. Ib. χθιζῆς ὁμολογίας. In ultima voce codd. ita variant, ut plerique ὁμολογίας, alii ἀνολογίας, Flor. denique ἀμαλογίας habeant. Verba haec sunt corruptissima et adhuc frustra tentata. Coniectant τῆς σῆς ὁμιλίας, ἀστικῆς vel ἀττικῆς στωμυλίας, σχολικῆς ὁμολογίας. Requiritur aliquid quod cum publicis ludis coniunctum est, idque reperisse mihi visus sum coniciens χρυσῆς βωμολοχίας, quibus verbis ludicros et petulantes comoediae iocos significari puto; eos aureos vocat usu notissimo, quo quicquid gratum nobis acceptumque est χρυσοῦν appellamus. Ib. scribebatur Ἀκαδημίας.

11. ποῦ δὲ θεσμοθέτας ἐν ταῖς ἱεραῖς κώμαις κεκισσωμένους; thesmothetas ceterosque archontes munere suo fungentes coronas gestasse constat e Polluce VIII, 86 aliisque. At sancti illi vici, in quos thesmothetas ablegat scriptor, qui fuerint frustra adhuc quaesitum est. Itaque Reiskius ad coniecturam confugit correxitque ἐν τοῖς ἱεροῖς κώμοις. Enimvero locus lenissima mutatione emendandus: ἐν ταῖς ἱεραῖς κόμαις, ubi archontes conspiciam cum sancta sua coma? Atque habet hoc ipsum Flor. Notissimus autem hic usus est praepositionis ἐν, cuius simillimum nostro loco exemplum habet Lucianus de Salt. 5. τοῦτό μοι τὸ λοιπὸν ἦν ἐν βαθεῖ τούτῳ πώγωνι καὶ πολιᾷ τῇ κόμῃ καθῆσθαι μέσον ἐν τοῖς γυναίοις. Nec dissimile est quod

ipse dixit Alciphro III, 40, 3. *ἡμίγυμνος ἐν τριβωνίῳ.* Quae proxime sequuntur apud Alciphronem item graviter affecta sunt: *ποίαν αἵρεσιν, ποίους Χύτρους;* Recte Seilerus intellexit *αἵρεσιν* de magistratuum sortitione dici non posse; ostendit hoc eius emendatio *ἀρχαιρεσία.* Idem cum ceteris *Χύτρους* de Chytrorum festo accepit, quod recte fieri vix potest, cum sacrorum Atticorum, quae se apud Aegyptios desideraturum dicit Menander, iam in superioribus mentio facta sit. Hinc nata mihi suspicio est scripsisse Alciphronem: *ποίαν ἵδρυσιν, ποίους χύτρους;* Notum est Athenienses, cum templa vel deorum simulacra dedicarent, simul ollas solenni pompa circumtulisse. Cf. Aristophanes Plut. 1197. *τὰς χύτρας, αἷς τὸν θεὸν ἱδρυσόμεθα λαβοῦσ' ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φέρε σεμνῶς:* ubi scholiasta: *ἔθος γὰρ ἦν ἐν ταῖς ἱδρύσεσι τῶν ἀγαλμάτων ὀσπρίων ἡψημένων χύτρας περικομπεύεσθαι ὑπὸ γυναικῶν ποικίλως (ποικίλοις?) ἠμφιεσμένων.* Ad hunc igitur morem Alciphronem respexisse arbitror, ideoque nude *ἵδρυσιν* dicere potuisse pro *ἵδρυσιν θεῶν* vel *ἀγαλμάτων.*

14. Pro *ὀργισθῇ* cod. Ꝟ habet *διοργισθῇ.* Hinc fortasse scribendum *ἐὰν δὲ δὴ ὀργισθῇ.* In sequentibus ineptissime verba *οὔτε στρατιώτας — φύλακας* iunguntur superioribus. Non dubium est plura excidisse: itaque lacunae signa posui.

15. Post *ὁ Ἅλυς* in codicibus additur *ὁ Ῥῆνος.* Vix credere licet Alciphronem adeo personae Menandri oblitum fuisse, ut ei Rheni notitiam affingeret. Vix igitur dubito quin ista glossatoris sint.

16. *οὐδέ* Seilerus; libri *οὔτε.* Quae sequuntur in libris ita sese excipiunt: *ἐμοὶ γένοιτο, βασιλεῦ Πτολεμαῖε, τὸν ἀττικὸν ἀεὶ στέφεσθαι κισσόν. ἐμοὶ γένοιτο χώματος καὶ τάφου πατρῴου τυχεῖν καὶ τὸν — Διόνυσον.* Quo ordine cum pessime dirimantur quae arcte coniungenda erant, transposui orationis partes sic ut iam similia similibus connexa sint. Praeterea adhuc frustra quaesitum est quis fuerit ille quem *τὸν ἐπ' ἐσχάρας Διόνυσον* vocat scriptor, quem qui de Baccho in thymele culto interpretatur Berglerus, vereor ut id cuiquam probaturus sit. Non dubito quin corruptus sit locus; ac fortasse *τὸν ἐπ' ἐσχατιαῖς Διόνυσον* scribendum est i. e. *τὸν κατ' ἀγρὸν Διόνυσον.* Nam *ἐσχατιά* saepe nil prorsus differt ab *ἀγρῷ,* ut I, 25. *ἐπὶ ταῖς τῆς Ἀττικῆς ἐσχα-*

τιαῖς, et III, 34. *καταλαβὼν τὴν ἐσχατιάν*, de Timone qui agrum cum urbe commutarat. Non multum tamen huic coniecturae tribuo, praestatque acutiorum expectare iudicium.

17. *εὐτυχείτω καὶ τἀμὰ ἀγαθὰ γενόμενος ἐν Αἰγύπτῳ.* Malim *γινόμενος*. Praeterea nescio an *ἐχέτω* post *τἀμά* exciderit.

II, 4.

1. Legebatur *ὡς διεπέμψω μοι τοῦ βασιλέως τὰς ἐπιστολάς*. Quae correxi ex Flor. quocum consentiunt ΞΦ.

Ib. *μὰ τὴν Καλλιγένειαν ἐν ᾗς νῦν εἰμὶ κατέχαιρον.* Ineptum est, si quid video, epistolam hanc in Calligeniae fano, quod nullum fuit, scriptam fingi. Vereor igitur ne hic quoque aliquid aut incuriâ librariorum exciderit aut mala glossatoris sedulitate accesserit. Bene omnia haberent si legeretur *ἐν ᾗς νῦν εἰμὶ τελεταῖς*. Ita tertio thesmophoriorum die, cui Calligeniae nomen fuisse constat, epistola scripta esse fingeretur. Nec tamen repugnabo si quis verba *ἐν ᾗς νῦν εἰμί*, in quibus Reiskius imperfectum, e. c. *ἐγεγανώμην*, latere putabat, eicienda censuerit. Sequuntur verba *κατέχαιρον, Μένανδρε, ἐκπαθὴς ὑπὸ ἡδονῆς γινομένη.* In his *κατέχαιρον*, impense gaudebam, recte habet. Adstruxit hoc verbum thesaurus Stephani alio exemplo ex Numenio Eusebii PE. p. 730. Sed *ἐκπαθής* corruptum est. Nec habent ita codices, quorum plerique *ἐκπαλής* vel *ἐκ πάλης* praebent. Correxi igitur *ἐκπλαγής*. Pro *γινομένη* malim *γενομένη*. Ib. *Εὐφόριον* etiam nunc ex *Εὐφρόνιον* corruptum puto. In sequentibus *καὶ* adieci.

2. *τί σοι τηλικοῦτον γέγονεν ἀγαθόν.* Ita vulgo legitur; at priora in cod. Φ sic habentur: *τί οcʒα τί σοι*, unde scripsi: *τί ἄρα, τί σοι τηλικοῦτον γέγονεν ἀγαθόν*; Nimirum oc ex α corruptum est. V. Porsonum ad Euripidis Hec. 782. Ib. *τὸ σῶμα*. Jacobsius *τὸ σὸν ὄμμα*, ipse olim *τὸ ὄμμα, τὸ σχῆμα* Erfurdtius, *τὸ στόμα* Jacobitzius. Nihil horum probari potest; vereor ne delendum sit. Ib. *ἔφρασαν*, quod codd. omnes habent, revocavi. Cf. ad I, 14, 2.

3. *οὐδ' εἰ βοῦς μοι τὸ λεγόμενον φθέγξαιτο.* Scripsi *τὸ δὴ λεγόμενον*, ut constanter haec dictio ab Alciphrone effertur. Vid. I, 2, 1. II, 3, 6. atque ita etiam *τὸ δὴ τοῦ*

λόγου III, 29, 3. et 56, 1. Praeterea βοῦς mihi suspectum est frustraque defendere conatus est Jacobsius, loquentis bovis admonens temporibus belli Punici secundi. Non incredibile est proverbium fuisse οὐδ' εἰ δρῦς φθέγξαιτο, in quo δρῦς de oraculo Dodonaeo intellexerim, ut in illa itidem proverbiali dictione δρυὸς μίασμα in Append. Prov. IV, 97. Cf. Ovidius A. A. II, 541. haec mihi non hominem, sed quercus crede Pelasgas dicere. Plene proverbium extulit noster III, 52, 1. οὐδ' εἰ μάντευμά μοι ἐκ τῆς Δωδωναίας δρυὸς ἐπιτρέποι τὸ δρᾶμα. Adde quae docte et vere, ut mihi videtur, disseruit Göttlingus ad Hesiodi Theog. 35.

4. ἀλλὰ καὶ τοῦτό γε δῆλος ἐκ τῶν ἐπιστολῶν ὧν ἀνέγνων δῆλος ἦν ὁ βασιλεύς. Ita haec vulgo leguntur, quae olim ita emendari posse putabam ut prius δῆλος mutaretur in εἰδώς. nunc librorum scripturam quamvis corruptam exhibui. Seilerus Reiskium secutus edidit τοῦτό γε δῆλος — ἀνέγνων· δῆλος ἦν ὁ βασιλεὺς τἀμὰ πεπυσμένος. At ita Alciphro certissime non scripsit; vitium loci in primis verbis ἀλλὰ καὶ τοῦτό γε latere existimo. Vitiosa item sequentia, in quibus περὶ σέ scribi voluit Reiskius, quod ferrem si scriptum esset τἀμὰ περὶ σὲ πεπυσμένος. nunc aut alia emendandi ratio circumspicienda aut περὶ σοῦ delendum est. Pro ἀτρέμα fortasse ἠρέμα scribendum est i. e. placide, leniter, ut I, 39, 4. ἠρέμα ὑπεστέναξεν, et fragm. VI, 9. ἠρέμα οἱ σταλαγμοὶ καταλειβόμενοι, et 13. τοὺς δακτύλους ἠρέμα πως χαλῶσαι.

5. παρασκηνίοις scribendum esse, non quod libri habent προσκηνίοις, ostendi Comic. fragm. vol. IV. p. 722. Recepit Seilerus. Ib. τὴν ἱερὰν τῶν δραμάτων ἐκείνην κεφαλήν. Mirum non haesisse viros doctos in sacro illo fabularum capite, quod quid sit me non intelligere lubens fateor: nec vero certam teneo emendandi loci rationem. Quamquam cum incredibilem illam Alciphronis librorum depravationem cogito, fortasse non nimis audacter conicere iudicabor τὴν ἱερὰν τῶν Χαρίτων ἐκείνην κεφαλήν, tuum illud Gratiis sacratum caput.

6. ἐμοὶ περικείμενον. Scribendum videtur προσκείμενον, ut est III, 72, 2. ἄνδρα προσκείμενον τῇ Ἰωνικῇ παιδίσκῃ. Non prorsus tamen damnaverim quod libri habent.

7. ἠχούντων scripsi ex Flor. aliisque libris; vulgo περιηχούντων.

9. τὰς ἀδελφὰς αὐτὴ ἔσομαι συμπλέουσά σοι. Ita Seilerus haec scripsit, in quibus αὐτή, cum omni vi destitutum sit, ferri non potest. Libri αὐτῇ et αὐτῆς, quod si αὑτῆς i. e. ἐμαυτῆς scribas, nihil ultra requirendum videtur. Ib. ἐκκλωμένης κώπης ναυτίας ἐγὼ θεραπεύσω· θάλψω σου τὸ ἀσθενοῦν τῶν πελαγισμῶν. Multa de his frustra disputata sunt. Jacobsius pro verbis ναυτίας ἐγὼ θεραπεύσω, quae glossatoris esse existimat, aliud olim scriptum fuisse et lacunam indicandam esse arbitratur. Equidem nihil eliminandum existimo praeter ναυτίας, quae sane explicatio esse videtur τῶν πελαγισμῶν. Dicit igitur Glycera, fracto, si forte, remo se ipsam opem laturam et damnum sarcituram. θεραπεύειν proprium verbum esse de iis qui fractas navium partes reficiunt indicat Pollux I, 125. Recte autem ἐκκλωμένης dicit, sc. e paxillo. Fortasse tamen, cum perfecti participium potius quam praesentis requiratur, κεκακωμένης scribendum est. Ib. μίτων Bergleri emendatio est; libri μύθων. In sequentibus permirum videri debet Alciphronem, hominem in veterum poetarum lectione probe versatum, ad Dionysum retulisse quae de Theseo dicenda erant. Vereor ne hic quoque describentium socordia pluscula exciderint. Coniectandi si copia datur, crediderim haec in hunc ferme modum a scriptore prodita esse: ἄξω δέ σε ἄτερ μίτων Ἀριάδνη [οὐκ εἰς τὸν ἐν Κρήτῃ λαβύρινθον, ἀλλ'] εἰς Αἴγυπτον, [καὶ δεξιώσομαι] οὐ Διόνυσον, ἀλλὰ Διονύσου θεράποντα καὶ προφήτην.

10. ἐν Νάξῳ καὶ ἐρημίαις ναυτικαῖς. In his ἐρημίας ναυτικὰς editores de locis intellexisse videntur, ubi nulla Ariadnae navium nautarumque copia erat. Quod cum per linguae leges vix liceat, pro ναυτικαῖς scribendum censeo Ναξιακαῖς vel ἀκταίαις.

11. μήτε χρημάτων σε μήτε περιουσίας μήτε πλούτου ἐπιθυμεῖν. Haec profecto nimia est synonymorum cumulatio, quam ita sustuli ut μήτε ante περιουσίας eliminarem. Ita χρημάτων περιουσίαν et πλοῦτον coniuncta habemus, ut infra πλουτεῖν καὶ χρηματίζεσθαι. Cf. Thucydides I, 2. περιουσίας χρημάτων ἔχοντες. Ib. ἀλλ' οἱ συγγενεῖς, ἀλλ'

ἡ πατρίς, ἀλλ' οἱ φίλοι. Codd. ΞΦ pro ἡ πατρίς habent οἱ πατρίς, quod vide an οἱ πατέρες scribendum sit. Vix enim ferenda hic patriae commemoratio, maxime propter sequentia πλουτεῖν ἐθέλουσι καὶ χρηματίζεσθαι.

12. πάθει Berglerus; libri πᾶσι. Ib. περιβέβληνται καὶ βουλῆς Flor. unde conicere possis οἷς δὲ παραβέβληται καί τι βουλῆς. Ib. libri habent ἡδοναῖς τε καὶ διὰ τὸ πλῆθος, quae correxi ita ut certe intelligi possint. Post περιδεές fortasse excidit διὰ τὸ ἦθος.

13. λύσεις δὲ τὴν γνώμην. Haec quid significent nemo adhuc docuit; nam quod Berglerus existimasse videtur, λύειν γνώμην esse decidere sententiam, nihil mihi unquam simile quid lectum est, nec si mihi lectum esset, huic loco accommodatum putarem. Iam cum in optimis libris habeatur λύσει, fortasse Alciphro scripserat: θήσει (θήσῃ) δὲ τὴν γνώμην, cll. Aristoph. Eccles. 658. κἀγὼ ταύτην τίθεμαι γνώμην. Sequentia scripsi ut in Flor. leguntur. Pro ὧς με, quae vulgata ante Seilerum lectio erat, alii libri ὥς τε et ὡς μή. Seilerus ex mea olim coniectura ὅς γε et in sqq. με διδάσκεις, in quibus με receptum ex C, quod ceteri codd. om. omnes.

14. εἰδῶμεν scripsi e Flor. εἴδωμεν ceteri, ἴδωμεν vulgo. Ib. θεὸς e codd. revocavi, ὁ θεός vulgo.

15. γαστρὶ μαντεύεσθαι Arnaldus. Tum καὶ addidi Seilerum secutus. Ibidem νύκτωρ cum sequentibus coniunxi et addidi δέ. Spartorum enim διάστασις cur noctu fieri dicatur, probabilis ratio afferri potest nulla; at deorum evocationes in tenebris sive naturalibus sive artificiosis peractas esse consentaneum est. Cf. Hippolytus Haer. IV, 32. σκότος ἐν οἴκῳ ποιήσας ἐπεισάγειν φάσκει θεοὺς ἢ δαίμονας.

16. ὡς ἔφη καὶ probabiliter Jacobsius ex ὡς ἔοικε corruptum putat. Ib. ἱερεῦσαι parum commode infertur; suspicari posses ἱερά, nisi ζῷα perquam debili sive potius nulla auctoritate niteretur. In libris enim scriptum est τινὰ α ἱερεῦσαι, nisi quod cod. Ξ habet τινὰ . . . α ἱερεῦσαι. Etiam sequentia miris modis corrupta sunt: καὶ πέμματα σελήνης· καὶ ἄγρια φύλλα τῶν ἀνθρώπων. Quis enim unquam placentas illas, quas a lunae similitudine lunulas dicunt, πέμματα σελήνης dixit? Scribendum videtur σελήνας, eiecta voce

κέμματα, quam glossatoris esse puto. De postremis vero restituendis despero; afferam tamen codd. lectiones, quibus fortasse acutiores aliquid laude dignum exsculpent. Itaque φύλα τῶν ἀνθρώπων habet Flor. φύλα τῶν ἀνῶν Φ, φύλα sine τῶν ἀνθρώπων C, φῦλα τῶν ἀνθρώπων Ξ. Coniectant omnes φύλλα, alterum autem varie tentant: Jacobsius τῶν ἀκανθῶν, Lacrozius ἀνδραχνῶν, Trillerus ἀνθερίκων, τῶν δρυῶν Berglerus, ipse olim ἀχράδων. Seilerus denique lusit ἀγριόφυλλον καὶ ἀνθρωπόμορφον.

17. φθήσεσθαι, quod olim conieci et Seilerus recepit, confirmat nunc Flor. φθήσεται vulgo. Tum σαφῶς Flor. σαφὲς alii codd. Ib. ἤδη quod vulgo cum καὶ δὴ coniunctum est, praecedenti ἑτοιμάσωμαι annectit Flor. Sequentia item pessime habita sunt; με ante τὸν Πειραιᾶ revocavi e codd. vulgo μὰ legitur. Suspicabar καὶ δὴ μελετᾶν πειράζεις ἀπὸ σαυτοῦ με κτέ. De καὶ δὴ in sententiis hypotheticis cf. Elmsleium ad Euripidis Med. 380. Tum ἀπὸ σαυτοῦ est tuo arbitratu, non expectans Phrygiae effatum; denique accusativi τὸν Πειραιᾶ — Μουνυχίαν a verbo μελετᾶν suspensi sunt, nota structura, qua subiectum enunciationis relativae in obiectum primariae enunciationis transit. Sensus igitur fuerit: ac fortasse me operam dare conaris, ut Piraeeus, ut agellus, ut Munychia (quibus in locis Glycera cum Menandro versari solebat) sensim ex animo meo elabantur. Video iam priora etiam ita constitui posse: ἑτοιμάσωμαι· εἰ δὲ καὶ μελετᾶν πειράζεις, ut in apodosi posita sint οὐ δύναμαι — θεούς, in quibus ταῦτα Jacobsii emendatio est, libri πάντα.

18. οὐδὲ σὺ Jacobsius; libri σὺ δὲ οὐ.

19. καὶ ante ἐξ αὐτῶν addidi Reiskium secutus. Ib. εἴγε retinui, at libri εἴτε habent, quod fort. εἴ τι scribendum; nec sequentia incorrupta videntur. Ib. Θαΐδα iam olim correxi, vulgo Θαΐδας, libri Θαΐδες, Θαΐδης et similia. Ib. Σικυώνιον *** ἀλλ' ὅτι καὶ ἐγὼ θρασεῖα Seilerus, cuius haec est adnotatio ‚Σικυώνιον Meinekius, Σικύων vulgo; in C post Σικύων colon est; in Δ a lacuna unius versus; κυῶν ... οὖν ἄλλο τί Ξ: in Φ post σικύων lacuna septem literarum, deinde ξ ἄλλο τί. legam εἴτ' ἄλλο τι ἢ ἐγὼ κτέ. posito post οὖσα signo interrogandi.' In Flor. post σικυῶ novem

literarum lacuna est, tum οὖν ἄλλο· τί δὲ ἐγὼ θρασεῖα κτέ. Hinc correxi et supplevi locum ut in textu exhibui.

20. παρ' ἐρώντων dubito num genuinum sit; codd. fere περὶ ἐρῶν τῶ, in quo aliud latere videtur: nec οἰκονομοῦσιν satis intelligo. In sequentibus μὰ Herelius, libri om. praeter C, in quo μά est supra lineam. Ib. διὰ σοῦ Jacobsius; libri δι' ἄλλου. Tum καὶ μᾶλλον Seilerus, vulgo κἂν μᾶλλον.

21. εὖ ἴσθι sequentibus iunxit Seilerus. Ib. ἀπήμονα Berglerus. Ib. edebatur λυσιτελὲς ᾖ, quod ferri non potest. Scripsi igitur λυσιτελήσει, quod confirmant Ξ et Flor. in quibus εἶ pro ᾖ.

III, 1.

Quod in huius sequentisque epistolae fronte legebatur nomen Χαρώπῃ, ex Flor. aliisque libris Χαρόπῃ scripsi.

1. προὔτρεψας ἀφικέσθαι. Flor. προὔπεμψεν. Ac tertiae personae, quae ad πατήρ rediret, vestigium etiam in Barb. προὔτρεψαι.

2. Legebatur καλὸς μὲν γάρ ἐστι, in quibus particulam μέν, cuius nulla hic vis est, codices omittere videntur omnes. Ib. βοτρύχων pro βοστρύχων Flor. Tum τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων scripsi e ΓV et Vat. eodem ordine haec verba leguntur III, 1, 2. vulgo τῶν ἀκτίνων τῶν ἡλιακῶν.

3. τὸ δὲ ὅλον πρόσωπον αὐτὰς ἐνορχεῖσθαι ταῖς παρειαῖς εἴποις ἂν τὰς Χάριτας τὸν Ὀρχομενὸν ἀπολιπούσας καὶ τῆς Ἀργαφίας κρήνης ἀπονιψαμένας. Accusativus τὸ ὅλον πρόσωπον unde pendeat nemo dum docuit; unus Reiskius interpretationem tentavit, qui explicat vultum quod attinet. Quod graece sic dici posse nego. Et quid hoc esse dicamus: totum vultum quod attinet, in genis ipsae tripudiant Gratiae. Quod ineptissime dictum est. Magnam hic esse orationis perturbationem certissimum est docentque codices, qui omnes praeter unum non αὐτὰς habent, sed αὐταῖς; pro ἂν τὰς in Barb. est ἂν αὐτάς. Tum Χάριτας idem liber

et cod. D omittit. Denique omnia inde ab *αὐτὰς ἐνορχεῖσθαι* usque ad finem epistolae in pluribus codd. desunt. Equidem locum misere interpolatum esse, Alciphronem autem ita fere scripsisse arbitror: *τὸ δὲ ὅλον πρόσωπον αὐταῖς ἐνορχεῖσθαι ταῖς Χάρισιν εἴποις ἂν τὸν Ὀρχομενὸν ἀπολιπούσαις καὶ τῆς Ἀργαφίας κρήνης ἀπονιψαμέναις.* Ita dicitur quod dici debuit, in tota facie ipsas saltasse Gratias. Interpolationis causa fuit insolita dicendi ratio *τὸ πρόσωπον ὀρχεῖται ταῖς Χάρισιν.* Eam vero non ipse procudit scriptor, sed ut in postremis verbis manifesto imitatur Parthenii versum Anal. Alex. p. 282. *νιψάμεναι κρήνης ἔδραμον Ἀργαφίης*, ita in prioribus verbis expressit Euphorionem fragm. 66. *Ὀρχομενὸν Χαρίτεσσιν ἀφαρέσιν ὀρχηθέντα.* Corrupta sunt etiam sequentia *τὼ χείλη δὲ — διήνθισται ἐπὶ τῶν ἄκρων ἐπιθέμενος*, in quibus *διήνθισται* est *διηνθισμένα ἔχει*; at reliqua inepta sunt, aliudque hic olim lectum fuisse docet scriptura cod. Par. *ἐπὶ τῶν ἐπιθέμενος ὥρων*, quam sagacioribus expediendam commendo.

III, 2.

1. *δέον* Valckenarii est emendatio; libri *δέ*. Vitiosa sunt sequentia *ἀπέξεσας τὴν αἰδῶ τοῦ προσώπου*, ubi primum requirebam medium *ἀπέξεσαι*, tum *ἀποξύειν* potius requirit dicendi ratio quam *ἀποξέειν*. Scripsi igitur *ἀπέξυσαι*. Cf. III, 40, 4. *τὴν αἰδῶ τῶν προσώπων ἀπέξυσται.*

Ib. Legebatur *κατὰ σαυτὴν ῥίπιζε τὸ κακὸν ἐξωθοῦσα.* Prorsus aberravit ab horum sensu Wagnerus, verbis *κατὰ σαυτὴν ῥίπιζε* respici existimans Callimachium illud *τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα.* Quod ne linguae quidem leges permittunt; neque omnino hoc urget mater, quod filia non suae sortis iuvenem amabat. Rectius corrupta haec esse censuerunt alii, sed emendationis quod probari possit attulerunt nihil, nisi quod Reiskius *ῥάπιζε* scribendum esse vidit, quod nunc confirmat Flor. Hoc igitur recepto et suppleto post *σαυτὴν* participio *γενομένη*, nihil ultra requiras. Monet mater filiam ut ad se redeat (scripserat illa *οὐκ ἔτ' εἰμὶ ἐν ἐμαυτῇ*) amoremque tanquam piaculare malum verberibus expellat. Ea in re *ῥαπίζειν* usitatum verbum erat. Hipponax Chol. V, 2. *βάλλοντες ἐν λειμῶνι καὶ ῥαπίζοντες | κράδῃσι καὶ σκίλλῃσιν ὥσπερ*

φαρμακόν. Idem VII, 7. φαρμακὸς ἀχθεὶς ἑπτάκις ῥαπισθείη.

III, 3.

1. Εὐοψία μὲν ἦν καὶ πλῆθος ἰχθύων. Haec quomodo differant vix quisquam dicat; vereor tamen ne verba καὶ πλῆθος ἰχθύων non delenda sint. Sequentia τὴν σαγήνην ἁπλώσας ἠπόρουν ὅτι πράξαιμι, frustra torserunt interpretes. Post ἁπλώσας lacuna indicanda erat; nec obscurum est excidisse aliquid in hanc sententiam: τὴν σαγήνην ἁπλώσας, [πολλαχοῦ διεσχισμένην ὁρῶν] ἠπόρουν ὅ τι πράξαιμι. Ib. καθομολογήσαντα pro καθομολογήσαντι scripsi ex Par. Tum notabile χρύσινοι de aureis numis pro usitato χρυσοῖ, at notabilius immane pretium pro verriculi sartura solvendum.

2. Seilerus εἰς ὥραν ἡμέρας edidit, libris aut simpliciter ὥραν aut utroque coniuncto ὥραν ἡμέραν praebentibus: vix dubium esse potest quin ἡμέραν nil sit nisi varia lectio praecedentis ὥραν.

3. Φλυέα Seilerus, Φλοιέα libri.

4. τὸ χρυσοῦν ἀλύσιον, ὅπερ ποτὲ εὐπορῶν τῇ γαμετῇ κόσμον εἶναι περιαυχένιον ἐπεποιήκειν. Postremam vocem miror non vitii suspectam fuisse doctissimis editoribus. Apertum est Alciphronem scripsisse ἐπεπορίκειν. Ac confirmat emendationem illam qui obversatus esse videtur Alciphroni Menandri locus apud Pollucem X, 187. sive Fragm. Com. IV p. 181.

ἀλύσιον
χρυσοῦν ἐπόρισας· εἴθε λιθοκόλλητον ἦν·
καλὸν ἦν ἂν οὕτως.

Sic enim haec nunc scribenda arbitror, suppleto vicissim ex Alciphrone quod in codd. deest ἀλύσιον.

Ib. Πασέωνα, quae codicum est lectio, revocavi; Seilerus Πασίωνα. alterum aeque bonum est. Similiter variant Καλλίας et Καλλέας multaque id genus alia. Ib. σὺν αὐτοῖς τόκοις vulgo; recte σὺν deleri voluit Reiskius, confirmat nunc Vat. In sequentibus κατ' ἐξωλείας debetur Bastio; libri fere κατελώνας et κατέξων. Ib. εἰ inserui; ἂν non iunxit Alciphro cum optativo. Tum κατασκλῆναι primus Berglerus ex Eustathio edidit, qui affert haec ad Hom. p. 1508, 26.

Alciphronis libri *κατασκληθῆναι*, *κατακλησθῆναι*, *κατακληθῆναι*, *κατακλιθῆναι*. Fortasse praestat *κατεσκληκέναι* scribere, qua forma constanter usus est noster III, 4, 1. 19, 3. et in hac ipsa epistola §. 2.

III, 4.

Inscriptio *Τρεχέδειπνος Λοπαδεκθάμβῳ*. Ita hoc nomen scripserunt viri docti Reinesium secuti, cum plures libri habeant *Λοπαδεχθάμβῳ*, in quo vide ne consulto scriptor sive archaismum captaverit sive singularem quandam dialectum secutus sit, cuius complura exempla extant, ut *ἐχθύεσθαι* i. e. *ἐκθύεσθαι*, *ἐχθός* i. e. *ἐκτός*, *ἐχ θητῶν* i. e. *ἐκ θητῶν*. V. Böckhium C. I. vol. II p. 402. et in Relatt. menstr. Acad. Berol. 1853 p. 149.

1. *ἀπεσκληκέναι* posui e Ven. aliisque libris; vulgo *ἀποσκλῆναι*. Ib. *ὥρα μοι* scripsi pro vulgato *ὥρα σοι*. Illud ipsa sententia flagitat; male Arnaldus *ὥρα τοι*. Tum *ἀπάγξασθαι* quod libri post *καλῳδίου* habent, futile est scioli additamentum, qui vectem restimque ad suspendium referebat. Delendum esse primus vidit Herelius.

2. *εἰ γὰρ καὶ — Παλαμήδειον*. Haec non recte procedunt. Dixerat parasitus aut astuto consilio aut vecte et reste sibi opus esse, quorum alterum ad evertendam solarii columnam, illud autem ad convertendum horologii indicem spectat. Iam si ita pergit ‚si enim totam evertemus columnam aut indicem convertemus, Palamedeum hoc erit consilium', apertum est primum illud de columna non posse *βουλεύματος* nomine comprehendi, cum ipse supra inter consilium et vim (*μοχλὸν καὶ καλῴδιον*) distinxisset. Paullo melius res procedet si pro istis *ἢ τὸν γνώμονα* scripseris *εἰ* [*δὲ*] *τὸν γνώμονα*. Hoc pacto sententia emergit haec: s i e n i m t o t a m e v e r t e m u s c o l u m n a m, bene res habet nec amplius nobis laborandum (quod notissimo dicendi genere cogitatione supplendum est): s i n i n d i c i s c o n v e r t e n d i c o p i a e r i t, u t c i t i u s h o r a s i n d i c a r e p o s s i t, n a e P a l a m e d e u m h o c e r i t c o n s i l i u m. Ita igitur haec utcunque expedire licet: fateor tamen totum illud de evertenda columna absurdius excogitatum esse, quam ut ab Alciphrone profectum esse mihi persuadere possim; atque ut totam hanc epistolam plenam

interpolationum esse mihi persuasi, ita hanc quoque partem interpolatam esse et ab Alciphrone haec tantum scripta credo: *εἶεν, ὥρα μοι βουλεύματος. εἰ γὰρ τὸν γνώμονα τρέψομεν ἐκεῖσε νεύειν οὐ τάχιον δυνήσεται τὰς ὥρας ἀποσημαίνειν, ναὶ ἔσται τὸ βούλευμα Παλαμήδειον.* Ad singula ut veniam, *καὶ* ante *ὅλην* non sollicitandum videtur: compares *καὶ πᾶς*, *καὶ πάντα* et similia, quae fortius dicta sunt quam simplicia *πᾶς* et *πάντα*. Cf. Analecta Alex. p. 223. Tum alterum *καί*, quod Ven. ante *ἔσται τὸ βούλευμα* addit, non abiciendum, sed in *ναὶ* mutandum censui.

3. *οἰκέτην* Boissonadus restituit ex *Θ*, ubi est *ἱκέτιν*, vulgo *οἰκεῖον*.

4. Verba *καὶ παραλογίσασθαι*, quae libri post *κατασοφίσασθαι* habent, in marginem relegare non dubitavi. Recte dicitur *κατασοφίσασθαι τὴν εὐταξίαν*, astuto commento ordinem perturbare, non item *παραλογίσασθαι*, decipere ordinem. Ceterum in Ven. inverso ordine legitur *παραλογίσασθαι καὶ κατασοφίσασθαι*. Aliud item in sequentibus glossema Seilero praeeunte eieci *ἢ ἐκείνης*, quod in ceteris libris varie scriptum Ven. recte omittit. Ib. *φρονεῖ νεώτερον* paulo insolentius dictum est pro iuveniliter lascivire, cum alias de iis dicatur qui res novas moliuntur. Quod statim sequitur *Ἀπόληξις* nomen, Bergkius sic scripsit; libri *Ἀποληξίας*. Denique in fine epistolae *τοὐμπίπλασθαι* Seilerus, *τοὐμπίμπλασθαι* Berglerus, *ἐμπίπλασθαι* Ven. *τοῦ πίμπλασθαι* ceteri libri.

III, 5.

Ἑκτοδιώκτης nomen in epistolae inscriptione non mutandum in *Ἐντοδιώκτης*. Indicatur eo parasitus qui sextam horam consectatur, i. e. prandiorum tempus observat. cf. Alciphro III, 4. *ὁ γνώμων οὔπω σκιάζει τὴν ἕκτην*, ubi vide quae ipse Seilerus adnotavit. Difficilius dictu quid altero nomine *Μανδιλοκολάπτῃ* indicetur. Pro eo Ven. *Μανδυλικολάπτῃ*, *Θ Μανδολοκολάπτῃ*, Reiskius *Μανδιλοκλέπτῃ*, Seilerus *Κανδυλοκολάπτῃ*.

1. *χρηστῶς ἠσπάσατο*, quod Berglerus comiter salutavit interpretatur, mihi aliunde non cognitum est. Fort. scribendum *ὁ χρηστός* vel *ὁ χρυσοῦς*. Ib. *ἄπωθεν* scripsi

ex Par. pro *ἄποθεν*. eadem forma restituenda Fragm. VI, 4. 14. alteram ut a prosae orationis scriptoribus alienam nec nisi epicis lyricisque poetis concessam fuisse existimem, hanc causam habeo, quod ex iambicis carminibus, quotquot aetatem tulerunt, nullum eius exemplum afferri potest; itaque frustra *ἄποθεν* quaeras in poetis tragicis, frustra in comicis, frustra item, ne iambographos commemorem, in Scymni Periegesi, in Machonis chriis et quae praeterea ex eodem carminum genere ad nos transmissa sunt. Has ob causas eandem formam ubique etiam e Strabonis libris expuli, partim codicibus addicentibus, partim vel contra codicum fidem, quorum consensui in tali causa nihil tribuendum est.

2. *ἰχθύες τεμαχῖται* Arnaldus, *ἰχθύες τεμμαχίται* libri praeter Ven. et *Θ*, in quibus *ἰχθὺς τεμμαχίτης*. Restitui singularem, non facturus nisi iidem codd. *γεννικὸς* obtulissent pro *γεννικόν*.

3. *φράσας παρ' ὅτου καλοῖτο, ἐδέησα κινδύνῳ περιπεσεῖν*. Recte Seilerus *ὀλίγου* ad *ἐδέησα* requirit, cuius reliquias in *καλοῖτο*, pro quo Ven. *καλεῖτο* habet, superesse credo. Scripsi igitur *παρ' ὅτου καλεῖται, ὀλίγου ἐδέησα*. Ib. *ἐγκειμένην*, quod libri post *ἔναυλον* habent, eiciendum esse viderunt iam alii. Ib. *ἐδέησέ μου*. Hic etiam exciderat *ὀλίγου*. Ib. *βρέγματος* Ven. *βρέχματος* ceteri, ut videtur. In sequentibus *τοῦ ὕδατος* articulum omittere videtur Ven. Colorem loci scriptor fortasse duxit ex Antiphane in Fragm. Com. III p. 11. *κατασκεδῶ — τὴν μεγίστην ἀρύταιναν ὑμῶν ἐκ μέσου βάψασα τοῦ λέβητος ζέοντος ὕδατος*.

III, 6.

1. *ὄψει με οὐ μετὰ μακρόν*. Ita Reiskius et Seilerus, quos male secutus sum; libri *μικρόν*. Berglerus *οὐ* delebat. scribendum *ὄψει με σὺ μετὰ μικρόν*. Tum e *Θ* Seilerus *οἷός τέ εἰμι τὰ ῥαπίσματα*.

III, 7.

2. Quod post *θεασάμενος* libri habent *ἕνα τῶν νεκρῶν*, glossatoris esse vidit Arnaldus, cui debetur etiam *ἀνελεῖν*, pro quo libri *ἀνελών*. Pro *ἐπηνάγκασεν* legebatur *ἀπηνάγκασεν*, quod correxi.

3. *οἷα γὰρ οἷα πάσχει τὰ δίκαια λακκόπλουτοι.* Ita libri, in quibus *πάσχει τὰ δίκαια* ex margine illata esse intellexit Berglerus. Sunt librarii verba parasito infensi eumque meritas poenas dare profitentis. His eiectis alterum *οἷα* in *οἱ* mutandum esse vidit Cobetus. Seilerus scripsit *οἷα γὰρ οἷα οἱ λακκόπλουτοι*, quod aures laedit neque elegantiae est Alciphroneae, quamvis ille *οἷα γὰρ οἷα* coniungere soleat.

4. *ἀλλᾶντα ἐνέσαττεν.* Quod in margine cod. Θ additum est *λουκανικὸν* cum olim Seilero recipiendum commendassem, nunc reieci. Apertum id nihil aliud esse quam interpretamentum vocis *ἀλλᾶντα.* At quod in sequentibus pro *ἐργασάμενος* scribendum conieci *ὀργασάμενος*, non dubitavi recipere.

5. *ἐμῶν* Ven. et Θ. *ἐμημεκώς* vulgo. Tum *τοσοῦτον τὸ σῶμα βρωμάτων φορτὸν* idem Ven. dedit; vulgo *τοσοῦτον ὁ τῶν βρωμάτων φορτός*, quae in aliis libris aliter scripta variis coniecturis tentata sunt. Ib. in libris legitur *ἐπ' ἐργασίαν τρέψομαι καὶ Πειραιεῖ* (Schäferus *Πειραιοῖ*) *βαδιοῦμαι τὰ ἐκ τῶν νεῶν φορτία ἐπὶ τὰς ἀποθήκας μισθοῦ μεταθεὶς* (*μετατιθοῖς* Ven.). Vitiosa oratio quo modo emendanda esset ipse docere poterat Alciphro I, 25, 3. *ἐπὶ ναυτιλίαν βαδιοῦμαι καὶ ἀνέμοις ὁμιλήσω καὶ κύμασιν*, et III, 47, 5. *πάλιν ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν ἐπιτήδευσιν τρέψομαι.* Delevi igitur *βαδιοῦμαι* et scripsi *μεταθήσω*, quamquam priora eiecto *τρέψομαι* etiam sic constituere possis ut scribatur *ἐπ' ἐργασίαν βαδιοῦμαι καὶ Πειραιοῖ τὰ ἐκ* — Pro *νεῶν* in Θ est *νῶρ* i. e. *νεωρίων*; at praestat *νεῶν.* Ceterum *καὶ Πειραιοῖ* scribas an *κἀν Πειραιεῖ* perinde est.

6. *ὡμολογημένην* Seilerus, *ὁμολογημένην* Ven. *ὡμολογημένην* Θ, *ὁμολογουμένην* vulgo. Ib. pro *ἀπεκδέχεσθαι* malim *ἐκδέχεσθαι.*

III, 8.

Οἰνοπνίκτης scripsi ex Ven. cum vulgo legatur *Οἰνοπήκτης*, quod *Οἰνοπίπης* corrigendum videbatur Seilero. Cf. *Βουκοπνίκτης* III, 50.

1. Libri *στεφίωτον ἐπὶ τὸν ἀγνὸν* vel *ἁγνὸν*; correxit Berglerus, nisi quod *τὸν* ante *ἐπὶ* Reiskio debetur. Ib. vulgo

ἀλλήλοις additur post *ἡμῖν*. recte om. Ven. ex quo in sqq. *ἀγαγεῖν* scripsi pro *ἄγειν* et *τὸν* ante *Θηρικλείδην* delevi.

2. *ἠσθημένη δὲ* Ven. quod ferri potest, si in antecedentibus pro *μάτην* scripseris *μὰ τήν*, de qua iurandi forma cf. ad Menandri Rel. p. 131. Ib. legebatur *τάχιστα αὐτὴν καὶ ἄκουσαν ἀπάξαιμεν*. Quae cum grammatici vitiata esse intellexissent, *ἂν* post *τάχιστα* inseruit Lobeckius, quem Seilerus secutus est. Potuissent lenius *κἂν ἄκουσαν* scribere. At cum codd. pro *ἀπάξαιμεν* habeant *ἀπᾶξαι* vel *ἀπάξαι*, conieceram ego excidisse in fine *δυνησόμεθα*. idque nunc a Ven. planissime confirmatum video. Non dico hoc acuminis ostentandi gratia, a qua vanitate me in multis aliis gravibusque vitiis longe remotum scio, sed ut hoc quoque exemplo patescat, ne audacioribus quidem coniecturis in hoc scriptore locum denegandum esse. Idem liber sequentia sic habet: *Θηρικλείδῃ ὡς δὲ εἰ τοῦτο*. Voluit opinor *δυνησόμεθα Θηρικλείδῃ. ὁ δὲ εἰ τοῦτο*, vel *ὥστε εἰ τοῦτο*.

3. *τοῦ νέου σκέμματος* libri, quod quo pacto recte explicari possit non video; itaque Reiskii aliorumque emendationem *τοῦ νέου κόμματος* recepi. Ib. *τὸ* ante *χρῆσθαι* delevi.

4. *ἐπιμείναντες* Ven. Tum *λογίζονται* si incorruptum est, notata dignus est passivi usus, cuius exemplum non memini nisi in aoristo *λογισθῆναι*. Fort. tamen scribendum *νομίζονται*.

III, 9.

1. *οὑμοὶ* scripsi, *οἵ μοι* codd. *οἱ ἐμοὶ* Wagnerus et Seilerus.

2. *καὶ θραύει*. Berglerus *καταθραύει*, quod probandum videtur, posthabita ratione a Piersono Ver. p. 96. inita.

III, 10.

1. Memorabile est *κακὸς κακῶς ἀπόλοιτο ὁ κάκιστος*. nil tamen mutem, quamvis *κακός*, pro quo B *μιαρός* habet, delendum videri possit.

2. *εἶκες* recepi e Vat. Ven. Par. aliisque, *εἴκαις* Flor. *εἴκοις* vulgo.

3. *προσελθόντες* Par. Vat. Ven. *παρελθόντες* vulgo. Ib.

ανεγειρόμενος scripsi e Ven. ἀνεγρόμενος vulgo, ἀναγρ μένος Flor. Denique complures cdd. ψευδῆ pro ψευδέστατα.

III, 11.

Mulieris nomen epistolae huic praescriptum Χρόνιον recte suspectat Reiskius, qui de Κρονίῳ cogitabat; videtur aliud latere.

1. ὅλος i. e. ὅλως Ven. Tum ἀπεχθανομένη Vat. Ven. Dorv. Par. ἀπεχθομένη vulgo et ceteri.

2. Fort. praestat ἀκούσας [καὶ] ἄλλα. Ib. ἀπώλισθε Seilerus, ἀπόλισθε Bernardus, ἀπολεῖσθαι codd. Quod sequitur μου recepi ex B, μοι ceteri.

3. ἁμιλλᾷ ἐν ταῖς sanum esse non potest; ἁμιλλᾶσαι ταῖς B, ἅμιλλαι ἐν ταῖς Ven. Fort. ἐνάμιλλος εἶ, vel ἅμιλλος εἶ cll. Hesychio Ἁμιλλότεροι, ἐπὶ πλέον ἐρίζοντες.

Ib. ἀστικαῖς Ruhnkenius, ἀττικαῖς codd. Postrema non credo integre scripta esse: pro ὁποίαν Ven. ὅπου ἄρ, quod esse potest ὁποίαν ἄρα. Pro ἐκάθηρε imperfectum requirebam. Sed videant alii.

III, 12.

1. Post πίτυν libri addunt καὶ πρὸς τὰς αὔρας ἐκκειμένην, in quibus cum optimi codices καὶ omittant, non dubitavi scriptorem molestissimo glossemate liberare. At cum Ven. ἐκείμην habeat pro ἐκκειμένην, locus fortasse ita scribendus erat: φιλήνεμόν τινα ἐπιλεξάμενον πίτυν, πρὸς τὰς αὔρας ἐκείμην ὑπὸ ταύτῃ τὸ καῦμα σκιάζων. Mirum vero dicendi genus est, quo quis aestum obumbrare pro aestum in umbra vitare dicitur. Nescio igitur an ἐσκέπαζον scribendum sit.

Ib. στενὸν τὸ πνεῦμα μετὰ τῶν χειλέων ἐπισύρων. Pro μετὰ vide an μεταξὺ scribendum sit. In sequentibus posui καί μου pro καί μοι.

2. Pro ἐν τούτῳ δὲ malim ἐν τούτῳ δή. Ven. habet ἐν τῷδε. Tum librorum scriptura est ἐν μέσαις ταῖς ἡδοναῖς, quae cum manifesto vitiata essent, Wagnerus et Seilerus ἐν μέσοις τοῖς Ἠδωνοῖς scripserunt ex emendatione Reiskii, speciosiore illa quam veriore. Quid enim? num ipse pastor, cum greges cantu demulceret, in Edonis versabatur?

Scribendum erat *ἐν μέσαις ταῖς νομαῖς*. In postremis epistolae verbis *ὅτι μοι μουσικόν ἐστιν τὸ αἰπόλιον*, codices praeter B omnes post *ἐστὶν* addunt *ἔχειν*, quod fortasse ex *ἐκεῖνο* corruptum est.*)

III, 13.

1. *ναματιαῖον* Berglerus, libri *ναματίδιον* et *ναμάτιον*. Quod in sequentibus habes *ἐκ τῆς ἀκρωρείας τῶν ὀρῶν*, ne quis *τῶν ὀρῶν* deletum eat, v. Lobeckium Paral. p. 537.

2. ante *μεμηνότων* errore typographi excidit *τῶν*.

III, 14.

1. Scribebatur *Ἀκαδημίαν*. In sequentibus cum vulgo legatur *τὰ μετέωρα δὲ πολυπραγμονοῦντας καὶ ἐπιτηδεύοντας*, intolerabili synonymorum cumulatione, ductu cod. B. scripsi *πολυπραγμονεῖν ἐπιτηδεύοντας*. In fine *πλέα* recte Seilerus; vulgo *πλεῖα*.

III, 15.

Legebatur *εἰς μακρόν*; correxit Seilerus. Post *ἀποδώσοντι* si aliquid excidisse dixero, fortasse assentientes habebo qui verborum seriem curiosius perpenderint. Exempli causa pono *καί τι καὶ ἀντιδώσοντι*, quod sua se veri similitudine satis commendat. His iam recte inferri poterat *ἔχω οὖν* (*γοῦν*?) *κἀγὼ πιθάκνια πολλά*, in quibus *ἐγὼ* pro *κἀγὼ* scripsimus e Ven. Ib. pro *δέοιο* cod. B *δέοι*, Ven. *δὲ εἰς* i. e. *δεήσει* vel *δεήσῃ*. Postremo *τὸ γὰρ κοινὰ τὰ τῶν* Bergleri est emendatio; libri *τὰ γὰρ κοινὰ τῶν*.

III, 16.

1. *τὸν γαυλὸν πληρώσας γάλακτος*. Scribendum erat *πλήρη* ex Par. Vat. Par. Ita enim procedit oratio: *ἔφερες ἂν καὶ τοῖς θεοῖς κιττόν, καὶ ἡμῖν πυροὺς καὶ οἶνον καὶ τὸν γαυλὸν πλήρη γάλακτος*. Ita non necessarium ut *τι* inseratur post *ἡμῖν*, quod etiam alias ob caussas fieri non potest.

*) Idem error me fugit in Cinnami Hist. I, 1 p. 4, 16. qui locus ita scribendus est: *ὅπως μὲν γὰρ ἐκεῖνος ἐξ οὕπερ ἄμφω ἐγενέσθην* (*ὁ μὲν ἐς πατέρα, ὁ δὲ ἐς πάππον αὐτὸν ἀναφέρων*) *τὴν βασίλειον ἀνεζώσατο ἀρχήν*. De quo me admonuit Mauritius Pinder.

3. *ἡμῖν τε ὁ γηρωκόμος ἐγγύς*. Nihil his sani inest nisi pro *ἐγγύς* cum Reiskio scribas *γενοῦ*, quo recepto parenthesis, quae vulgo usque ad *ἀντὶ τῆς* continuatur, claudenda erat post *ἔχουσα*. Praeterea scripsi *γηροκόμος*, quae unice vera forma est. cf. Lobeck ad Phryn. p. 691. Ibidem Ven. *ἐπάνι*, quod dubium est utrum *ἐπάνιθι* an *ἐπάνει* significet.

III, 17.

Inscriptio: *Χαιρέστρατος Λειριόνῃ*. Chaerestrati rustici nomen Alciphro fortasse ex Menandri Hypobolimaei derivavit. V. ad Menandri Reliqu. p. 172. Alterum nomen in libris varie scribitur. *Ληρίῳ* Vat. et vulgo, *Ληρίωνι* B et Ven. *Λειρίῳ* Reiskius, *Λειριόνῃ* vir doctus in thesauro L. G. v. *Λήριον*. Hoc secutus sum; quamquam nec *Ληριόνη* improbandum, quo nomine n u g a t r i c e m scriptor indicare voluerit.

1. *Λειριόνη* vir doctus, *Λείριον* Reiskius, *Ληρίον* Vat. et vulgo, *Ληρίων* Ven. Ib. *κατακοιμήσασα* scripsi ex Ven. et B, *κατακηλήσασα* vulgo. Illud praetuli, quoniam *τῇ μέθῃ κατακηλεῖν τινα* vix recte dicitur; et obdormivisse hominem in sequentibus ipse testatur.

2. *τοὺς ἀστικοὺς* Berglerus. Ib. vulgo *ἐμοὶ δέ*, pro quo ex Ven. *ἐμοὶ γὰρ* scripsi.

III, 18.

1. Malim *ἑορτάσων*. Ib. libri *συνέργαστρον*, quod Reiskius *σύργαστρον*, Seilerus *συνεργάτην* scripserunt; ego Reiskium secutus sum. Ib. *ἀτιμάζοιτο*, n o n i n d i g n a i u d i c a b i t u r, revocavi ex maiore codicum parte, *ἀτιμάζοι τὸ* Par. quod Berglerus et Seilerus secuti sunt; illud propter *τοιαύτη* aptius est.

2. Legebatur *δὲ μάλ' ἡδέως*. scripsi *δ' ἅμα μάλα ἡδέως*, quod aperte inest in scriptura Vat. *αλλ αμμ αλλ ἡδέως*. Vix dignoscas *ΑΛΛΑΜΜΑΛΛ* ab *ΔΑΜΑΜΑΛΑ*.

3. Berglerus *κενώτερον* maluit. Eodem suasore in sequentibus scripsi *εἰς σὲ* pro *εἴσω*. In postremis epistolae verbis pro *οἴκοι*, quo facile caremus, Ven. habet *τὸν κει*, in quo *τὸν* ex praecedenti *μιαρὸν* ortum, *κει* autem ex *ἐκεῖνον* truncatum videtur.

III, 20.

1. Edebatur τὴν ὄνον σῦκα καὶ παλάθας. at σῦκα καὶ optimi codices omittunt nec reperiuntur nisi in B. in marginem igitur reieci, videnturque ex glossa orta nomini παλάθας adscripta. Porro παλάθας unus B habet, ceteri omnes πάλαθα vel παλάθα. Scripsi igitur παλάθια, quod etiam propter ταῦτα in sequentibus necessarium est. Cf. Polemo Athenaei XI, p. 478 c. παλάθιον μέλι ἔλαιον. Praeterea lacunam indicavi; manifestum est enim dici debuisse aliquid ex quo intelligeretur, quo consilio asinum caricis onerasset. Supplere possis ἄστυδε (vel εἰς ἄστυ) ἐληλακέναι. Nec sequentia recte procedunt; procederent vero si scriptum esset: καταγαγόντα οὖν, ὡς ταῦτα ἀπεδόμην, τῶν τις γνωρίμων ἄγει με λαβὼν εἰς τὸ θέατρον. Consentaneum enim est rusticum, simul atque in urbem venerat, primum in foro caricas vendidisse et tum demum devertisse et ab amico in theatrum deductum esse. At codd. huic coniecturae parum favent. Ven. οὖν omittit, et B pro ἕως οὗ habet ἕως οὖν. Videant acutiores. Quod autem theatrum Alciphronis temporibus Athenienses praestigiatori illi concesserunt, non dissimile est iis quae leguntur apud Athenaeum I p. 19 b. Antiquiore tempore talia spectacula exhibebantur in locis quae θαύματα appellabantur, de qua re dictum est in Exercitt. philol. Spec. II p. 1. quibus uti licebit ad explicandum Xenophontem Symp. II, 1. ταῦτα δὲ καὶ ἐπιδεικνὺς ὡς ἐν θαύματι ἀργύριον ἐλάμβανον, ubi ἐν θαύμασιν scribendum.

2. ἰδὼν scripsi pro εἰδώς, quod a Berglero coniectum confirmat nunc Ven.

3. Revocavi verborum ordinem vulgatum, quem nunc etiam Ven. et Vat. confirmant. Seilerus e B ἔσκεπε κατὰ μίαν παροψίδα. Non videtur autem hic locus integre scriptus esse, quem intelligerem sic scriptum: ταύτας (sc. ψήφους, ut §. 3 τὴν μὲν et τὴν δὲ) ποτὲ μὲν κατὰ μίαν ἔσκεπε παροψίδι. Tres homo habebat lapillos, quos singulos sub singulis patellis occultabat.

Ib. Legebatur ἐκ ῥινός τινος. Expectabam ἐκ ῥινὸς [τούτων] τινός. nunc consultius duxi τινὸς cum Ven. delere.

Ex eodem libro scripsi *τἄνδον* et *κατ' ἀγρὸν* pro vulgatis *τὰ ἔνδον* et *κατὰ τὸν ἀγρόν*.

III, 21.

3. Legebatur *ἀνήσει πάντα μηχανώμενος*, in quibus *πάντα* a Berglero additum. Mihi tutius visum *μηχανώμενος* expungere, nec habet B. Pro *ἀνήσει* B habet *ἀνέσει*, Ven. Vat. Par. *ὄνησιν*.

III, 22.

1. LDindorfius *σκανδάλης*, libri *σκανδάλας*. Feminini aliud exemplum nondum repertum est. Pro *ἀπαρτήσας* Ven. *ἐφάψας*, quod rectius in Vat. scribitur *ἀφάψας*.

2. *τοῦ* addidi praeeunte Seilero.

3. *Πλαγγών*, quod *Πλάγγων* in Vat. scriptum est, Seilero *Κλαγγών* scribendum videtur. Non credo quidquam mutandum, cum *Πλαγγών*, pupula, satis aptum Melitensis catuli nomen esse videatur.

4. *παρ' ἀνθρώπῳ* Wagnerus effinxit e scriptura cod. B *παρ' ἀνων*. ceteri libri *παρὰ τῷ*, nec male. Ib. *ἐμαυτὸν* ex Vat. recepi; reliqui *αὐτόν*, Seilerus *αὑτόν*.

III, 23.

Scripsit hanc epistolam *Θαλλὸς Πιτυΐστῳ*, quorum nominum prius *Θαλλός* scriptum est in B, *Θάλλος* in Vat. Alterum in tribus libris *Τιτυΐστῳ* scribitur; quod vide an ex *Τιτυρίσκῳ* corruptum sit; nam *Τιτυΐσκῳ*, quod quis coniciat, propter personam scribentis minus placet.

1. *σίμβλους* etiam Vat. et Ven. Nihil igitur causae est, cur *σίμβλα* retineatur.

2. *Βριλήσσιαι* Seilerus, codd. *βριλησίαι* et *βρισῆλαι*. Brilesias illas *λαγόνας* Alciphro Callimacho sublegit Fragm. 18. *Βριλησσοῦ λαγόνεσσιν ὁμούριον*.

Ib. *καὶ εἰς νέωτα δὲ δέχοιο παρ' ἡμῶν μείζω τούτων ἢ καὶ ἡδίονα*. Ita haec fere in codd. scripta sunt parum emendate: *καὶ* nullo pacto ferendum erat, cum praecedat *καὶ νῦν μὲν ταῦτα πέμπομεν*. tum ad *δέχοιο* aut *ἂν* requiritur aut scrib. *ἐκδέχοιο*. porro pro *μείζω*, quod *μείζων* in Ven. scribi-

tur, *μείζονα* reponendum, aut *ἡδίω* pro *ἡδίονα.* denique *ἢ* non abiciendum, sed scribendum *τουτωνί.*

III, 24.

Inscripta est haec epistola *Φιλοποίμην Μοσχίωνι.* Philopoemenis nomen personae scribentis aptissimum est; verumtamen cum in Ven. *Φιλοπόμων* habeatur, non inepte id *Φιλοπάμων* scribendum esse conicias. Cf. Ruhnkenius ad Timaeum p. 209. Dorici nominis exemplum *'Ακρατολύμας* habes etiam in titulo III, 53.

2. *μυροπωλίοις* posui ex optimis libris pro *μυροπωλείοις*, cuius formae certa exempla apud Atticos scriptores reperiuntur nulla. Ibid. *αἱ πρότερον* si abesset nemo desideraret.

3. *ψύττα κατατείνας* Berglerus, *ψύττας κατά τινος* et *παρά τινος* fere libri. In iis quae sequuntur *τῇ σκαπάνῃ προσανέχων* non est rastris intentus, ut intellexit Berglerus, sed fossioni, ut apud Agathiam Anth. Pal. IX, 644. *σκαπάνης ἄλγεα καὶ πενίης*, aliosque in Stephani thesauro citatos. Ib. *γνώσεται οἷόν ἐστι* codices, *οἷόν ἐστι γνώσεται* vulgo; pro *ἐστι* B non male *ἦν.*

III, 25.

1. *ἀκαρεῖ* libri, *ἀκαρῆ* vulgo. Ib. *βαυκαλῶσα* Valckenarius.

2. *μεσαιπόλιος* scripsi ex Vat. et Ven. *μεσοπόλιος* B et vulgo. Ib. *ἀστικὸν* Ruhnkenius, *ἀττικὸν* libri.

III, 26.

Κωρυκαῖος scribendum esse monui olim ad Menandri Rel. p. 56. unde recepit Seilerus; codd. *Κωρύκεος Κωρύκειος Κωρύκιος.* Tum *Στρόμβιχος* cod. B, ceteri omnes mira varietate *στρόχνος.* Postremo *ὁμοῦ ζημίᾳ* scripsi pro *ὁμοῦ ζημίαν.* Ven. et Par. *ὁμοῦ ζημία.* cf. III, 48, 3. *ὁμοῦ τῷ κτύπῳ λελούμην τῷ αἵματι.*

III, 27.

1. *Σαλμωνίς* et in inscriptione epistolae *Σαλμωνίδι* debetur Berglero, codd. *Σαλαμωνίς* et *Σαλαμωνίδι* (Ven. *σα-*

λμονίδι)[α]. Reiskius Σαλακωνὶς et Σαλακωνίδι. Ib. τὸν δεσπότην om. omnes praeter B, unde recepit Seilerus; insolentius tamen ὑπερηφανεῖν cum accusativo personae iungitur, ut dubitem an non recipiendum sit. Ib. ἀκεστὴν pro ἀκέστην Seilerus. Ib. λάθρα B, λαθραίως ceteri.

III, 28.

1. πλὴν τοῦ συγκαθεύδειν, δέσποτα, μετὰ σοῦ. Non satis apte, ad meum quidem sensum, Salmonis in epistola irae et contemptus plena hac blanda heri compellatione utitur, vellemque codex aliquis exhiberet πλὴν τοῦ συγκαθεύδειν δή ποτε μετὰ σοῦ. Nisi forte cum irrisione dicit δέσποτα, ut nos mein Herr.

2. πάντα γάρ μου revocandum ex Ven. Vat. aliisque libris, πάντα γὰρ ὁμοῦ unus B.

III, 29.

1. ἄγροικον Seilerus seclusit; fortasse recte, quamquam proverbialiter dictum videri potest ὁ ἀπὸ ἀγροικίας ἄγροικος. Eleganter Berglerus merum de rure rusticum. Ib. Μιλιαίῳ τῶν B, Μηλίῳ κατὰ τῶν V et Γ, ΜΗλίῳ κατὰ τῶν Vat. μηλίω κατὰ τῶν Ven., μηλί[ῳ] κατὰ τῶν Ψ. Haec est lectionis varietas, quam attuli ut alios ingenii periculum facere invitem. Quae adhuc prolatae sunt coniecturae, Μητιχείῳ τῶν, Μητίχου καλλίῳ, Ἡλιαίᾳ τῶν, earum nullam probari posse apertum est.

2. ἑρμαίῳ σοι χρῶμαι κατὰ τοῦτο, τὸ δὴ τοῦ λόγου. Iners illud κατὰ τοῦτο nullamque plane vim habet. Rectius haec in Ven. ita scribuntur: ἑρμαίῳ σοι χρῶμαι, κατὰ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου, quod recepi deleta praepositione κατά, cui nullus hic locus est. Ib. μοι ante πολλάκις deleam.

III, 30.

1. κοψίχους Ven. Vat. κοσσύφους ex B Seilerus. Praetuli κοψίχους, quoniam Atticos hac forma prae altera usos esse grammatici observarunt.

2. τὸ νέφος ἐπέστη τῶν στρουθίων. Inepte merulae turdique appellantur στρουθία, quod nomen probatos scriptores de cuiusvis generis avicula dixisse evinci non potest:

adde quod sequentia feminina pessime ad remotius *κοψίχους καὶ κίχλας* redirent. Sensit hoc scriba cod. Ven. qui *ἐχόμενα* et *εἰλημμένα* posuit, de *πᾶσαι* quod proxime post *τῶν στρουθίων* sequitur securus. Delevi igitur verba *τῶν στρουθίων*, quae a glossatore in margine adscripta fuisse videntur ad *τὸ νέφος*, quod sic per se de avium multitudine non recte dici existimabat. Cf. III, 53, 2. *εὐχόμενος τὸ νέφος παρελθεῖν* de adolescentulis dictum supra memoratis.

Ib. *λάχος σοι* B. *λαχὼν σοι* Par. *λαχόν μοι* Vat. *λεχόμην μοι* Ven. Postremo *κοινωνεῖν* unus B, ceteri *κοινόν*, quod fortasse *κοινοῦν* scribendum est.

III, 31.

Θεστύλλῳ, quod in inscriptione huius epistolae legitur, ingeniose Reiskius ex *Ἀστύλλῳ* vel *Ἀστύλῳ* corruptum esse suspicatur.

2. *γένοιτο* scripsi ex B pro edito *γένηται*. Nusquam apud Alciphronem *ἢν* cum optativo coniunctum reperias nisi locis corruptis et ex ipsis fere codicibus sanandis. Ib. *πλέον* scripsi pro *πλεῖον* ex Ven.

III, 32.

Inscriptio in vulgatis haec est: *Σκοπιάδης Σκοτίωνι*. Adscivi *Σκορπιάδης* ex Ven. Alterum nomen sic ut nunc editur scriptum est in cod. V. reliqui habent *Κοτίωνι*; at in ipsa epistola etiam Vat. et Flor. praebent *Σκοτίων*.

2. *γάρ* et *τούτου* supplevit G. Hermannus. Ib. codd. *τοὐπίτιμον*, corr. Valckenarius. Ib. verba *εἴ τις ἠρνεῖτο τὴν κύαθον* in ceteris libris omissa obtulit B. Postremam epistolae partem Seilerus ita edidit: *οἶδα, ἐγὼ τρίτην — καρηβαρῶν — ἀπερυγγάνων*. Alii aliter; at familiaris sermonis simplicitatem optime imitatur quam praeeunte G. Hermanno ex cod. B scripturam restitui.

III, 33.

1. *υἱδοῦς καὶ θυγατριδοῦς* Seilerus, *υἱδοὺς καὶ θυγατριδοὺς* Piersonus, *υἱοὺς καὶ θυγατριδούς* vulgo.

2. *Παρθένιον* Seilerus, *παρθένιον* Toupius, *παρθενίαν* vulg. Ib. *ἡ* add. Toupius.

III, 34.

1. *Ἀπημάντου* Berglerus, *ἀπήμαντον* libri.

3. *νεοπλούτων* Reiskius aliique pro *μεσοπλούτων*. Tum ante Berglerum *φειδώνοντές εἰσι καὶ γρίφωνες*. Ib. vulgo *ἀνεχόμενος*, quod *ἀνεξόμενος* scripsi.

III, 35.

1. *αὐτὸ* Reiskius; legebatur *αὐτάς*. Ib. *ἀνήκοα τέθυται* paulo insolentius dictum est; malim *ἀνηκόῳ*.

2. *εἶχε* addendum esse vidit Berglerus. Ib. *κάπρον* pro *καρπόν* Berglerus restituit. In sequentibus verba *εὖ μάλα εὐρυτιῶντας*, quippe ex III, 53, 3 huc translata, non immerito suspectat Seilerus.

III, 36.

Πρατῖνος, quod epistolae huic praescriptum est, in *Πρατίνας* mutari voluit Seilerus; fortasse recte, quamquam possis etiam *Κρατῖνος* suspicari.

1. *σαρίσσας* et *γέῤῥα* Berglerus, libri *σισάρας* et *δέῤῥας*.

3. Non male quidam vir doctus *τῷ δ' ἐγὼ ἐγκανάξας*.

III, 37.

1. *Εἰρεσιώνην ἐξ ἀνθῶν πλέξασα ἥειν ἐς Ἑρμαφροδίτου τῷ Ἀλωπεκῆθεν ταύτην ἀναθήσουσα*. Haec quantis difficultatibus impedita sint docuit laudatus Seilero Lobeckius Aglaoph. p. 1007. qui dubitanter corrigit *τοῦ*, ut Hermaphroditus quidam Alopecensis intelligatur. Si *ἕρμα* de columbario intelligi posset, quemadmodum Sophocles Ant. 841. *ἕρμα τυμβόχωστον* dixit, periclitarer equidem *ἐς ἕρμα Φαιδρίου τοῦ Ἀλωπεκῆθεν*. Nunc locum in desperatis habeo.

2. *ἐλάνθανον δὲ ὑβριστὴν ὑμέναιον ἀναμένουσα*. In his *ἀναμένουσα*, cum de muliere sermo sit a veneris usu quam maxime aliena, non potest non suspectum videri, ac nescio an scriptor *ὑπομένουσα* posuerit, quamquam video quid obverti possit.

III, 38.

1. Quae post *πονηρὸν* in codd. addita leguntur verba ὃς

ἀπέβη τοιοῦτος ἐπὶ τῶν ἀγρῶν, cum iis, quae in ipsa hac epistola leguntur, conciliari non possunt; non dubitavi igitur in marginem relegare. Ib. περιχαρείας scripsi pro περιχαρίας. Ib. ἐγρηγόρως ante Lobeckium.

2. ἄρα Berglerus pro ἅμα, quod Ruhnkenius fortasse rectius μάλα scripsit. In sequentibus verba ἢ ὡς ἀκούομεν τὴν Ἡρακλέους τριέσπερον et constructione excidunt et parum apte longissimo Epimenidis somno inferuntur. Itaque in marginem reieci. Postremo ποιοίην scripsi praeeunte Hirschigio pro ποιοίμην, et συγγεωργῶν ex B, pro συνεργῶν. Vox est Aristophanica Plut. 223. Pro φράσον B φράσειν.

III, 39.

Probabiliter Berglerus nominum Εὐθύδικος et Φιλομήτωρ huic et sequenti epistolae inscriptorum sedem permutandam coniecit.

1. πρὸς ὀλίγον, ad breve tempus, quamquam aliis exemplis mihi non cognitum, minime tamen improbarem, nisi proxime praecederet πρὸς θεῶν. Fortasse igitur ἐπ' ὀλίγου scribendum.

2. ἡ μὲν γὰρ ἄνοδος. Scripsi ex B οὖν pro γάρ, quod non videtur ferri posse. Ib. εἰ οὖν ἐπειχθείης καὶ ἔρχῃ ἕωθεν. Ita Seilerus Reiskio obsecutus edidit; καὶ codd. omittunt. Rectius scripsissent εἰ οὖν ἐπειχθεῖσα ἔρχῃ, vel εἰ οὖν ἐπειχθείης ἐρχομένη. Pro συνθύεις Reiskius συνθύσεις. At vide supra p. 108.

3. ναὶ Berglerus, καὶ libri.

III, 40.

Φιλίσκῳ in inscriptione Reiskio Φιλιστίῳ, mihi Φιλίσκῳ scribendum videtur vel Φιλίστῳ.

2. Post πάθος quod vulgo additur τὴν λύτταν (λύτταναν cod. B) delendum esse vidit Wagnerus.

3. ἄκαρπος scripsi cum Reiskio; vulgo ἄπρακτος.

4. εὔδηλον δέ ἐστι καὶ χρημάτων περιορᾶν καὶ γεωργίαν στυγεῖν. Pro περιορᾶν, quod de contemptu dici non memini, fortasse ὑπερορᾶν scribendum est. In sequentibus perineptum est, si quid sentio, ipsam agriculturam pessumdatam (ἐκτραχηλισθῆναι) dici propterea quod scribentis filius

in philosophorum castra transiit: *οἴμοι οἷόν σε, ὦ γεωργία, τὸ τῶν ἀπατεώνων φροντιστήριον ἐξετραχήλισε.* Sensit hoc Reiskius, qui *σοι* pro *σε* scribi voluit, quod ferendum si eadem opera scribas *οἷόν σοι, ὦ γεωργία, γεωργὸν τὸ τῶν* — Postremo tolerari vix potest quod libri habent *τοὺς δὲ ἀνδραποδίζοντας ἀπὸ τοῦ φρονεῖν τοὺς νέους ἀθῴους εἶναι τιμωρίας ἀπέλιπον*, quod quam parum apte dictum esset cum idem Reiskius recte intellexisset, non recte tamen scribi voluit *ἀφρονεῖν*. Alciphro dubitare noli quin *φροντίζειν* scripserit.

III, 41.

Inscripta est haec epistola *Μηλίωνι*, quod nomen in *Μηλιάδι* qui abire iussit Berglerus, rectius potuisset *Μηλιόνῃ*. Similiter III, 45. *Λειριόνῃ* abiit in *Λειρίωνι*. Nec male tamen Seilerus *Μηλίῳ* tentavit.

III, 42.

Στεμφυλοδαίμονι scripsi ex Ven. et codd. apud Bastium Epist. crit. p. 265. *Σταφυλοδαίμονι* vulgo et Vat. Utrumque bonum; sed praetuli quod optimi cdd. habent. Finxit hoc nomen comicorum exemplo, qui *σοροδαίμων βλεπεδαίμων* et multa id genus alia habent.

2. *μοῦ τῶν πλευρῶν* reposui ex Ven. pro *μοι τῶν πλευρῶν.* In fine epistolae *εἴλης* idem cod. dedit pro edito *ἕλης*.

III, 43.

Inscriptio: *Ψιχοκλαύστης Βουκίωνι.* Ven. *Ψυχοκλαύστης.* Compares *χρυσοκλαύστης* a Nicomacho Com. graec. fr. IV p. 588. usurpatum: *ὦ χαῖρε χρυσοκλαῦστα καὶ χρυσοῦς ἐμῶν.* De nomine *Βουκίων* dixi ad III, 60.

1. *Στρουθίων καὶ Κύναιθος οἱ παράσιτοι.* Ven. *Στρουθίας*, quod propter libri auctoritatem recepi. V. ad Menandri Rel. p. 99. *οἱ παράσιτοι* cum mihi non sine causa suspectum esset, vidi in Ven. haberi *παρασίτοι ος*, ex quo aliud hic olim lectum fuisse apertum est. Suspicari possis *οἱ παρὰ Τίσιδος*,

sive id de servis a Tiside manumissis intelligas, sive de hominibus interpreteris qui in clientela Tisidis essent. V. Valckenarium in Scholl. ad N. T. p. 352. et quae ipse ex Hippocrate de hoc dicendi genere composui Dissert. de nominibus apud Hippocr. p. 20. Ib. *Ἀγκυλῆσι* Seilerus; libri *Ἀγκύλης*, Ven. *Ἀγγύλης*.

2. Edebatur *αὐτὸς ἀσμένως* et in sqq. *ἡμεῖς δὲ διατριβὴν αὐτῷ τε καὶ τοῖς*. Scripsi haec ut leguntur in Ven. Ib. *ἀνάπαιστα εὔκροτα ἐπιλέγοντες αὐτοσκωμμάτων — γέμοντα.* In his *αὐτοσκωμμάτων* ex cod. Θ receptum, reliqui codd. aut *αὐτὸ σκωμμάτων* aut *αὐτῷ σκωμμάτων*. Nomen quale est *αὐτόσκωμμα* quomodo hic explicem non habeo, nec habuit opinor Lobeckius Paral. p. 242. qui *αὐτὸ* delevit. Mihi lenius visum est scribere *αὐτοῖς* i. e. *ἀλλήλοις*, invicem nobis accinentes. Sequuntur haec: *σκωμμάτων ἀλυκῶν καὶ αὐτοχαρίτων ἀττικῶν αἱμυλίας γέμοντα.* Pro *ἀλυκῶν* Ruhnkenius ex coniectura, ut videtur, scripsit *ἀστικῶν*; idem ex Θ ante *αἱμυλίας* inserit *καί*, quod habet etiam Ven. Mihi haec particula librarii videtur non videntis genetivos qui praecedunt ab *αἱμυλία* pendere: *αὐτοχαρίτων* dubitari potest utrum substantive an adiective intelligendum sit. Non dubito quin alterum verum sit scribendumque puto *σκωμμάτων Ἀττικῶν καὶ αὐτοχαρίτων αἱμυλίας γέμοντα*, anapaestos dicteriorum Atticorum vereque gratiosorum facetiis plenos. Quamquam etiam alia conici possunt, e. c. *σκωμμάτων ἀλυκῶν καὶ αὐτοχαρίτων ἀττικισμῶν* (vel *ἀστεϊσμῶν*) *αἱμυλίας γέμοντα.*

3. Scripsi *ἐν τούτῳ δὴ* pro *ἐν τούτῳ δι'*. Ven. et Θ *ἐν τούτῳ δέ*. Iidem libri *εὐφροσύνης καὶ ἱλαρότητος*. Mox *καὶ δύσκολος* male om. Ven. et Θ. Vide ad Menandri Rel. p. 49.

4. *ἔπειτα* reposui ex Ven. *ἔπειτα δὲ* vulgo. Ib. *ξήνας ἡμᾶς ὑστριχίδι οὐκ ὀλίγαις οὐδ' εὐαριθμήτοις*. Vat. et Θ *ὑστριχῖσιν*, quod leniter correctum recipiendum duxi; editum ferrem equidem, si *οὐκ ὀλίγας οὐδ' εὐαριθμήτους* sequeretur. Post *εὐαριθμήτοις* Vat. aliique codd. inferunt *μάστιξιν*, quod qui tenere velit, distinguat necesse est *ὑστριχίσιν οὐκ ὀλίγαις, οὐδ' εὐαριθμήτοις μάστιξιν*. Sed haec putida esset distinctio. Ceterum *οὐκ ὀλίγαις* esse videtur non levibus, quae perrara est huius adiectivi in numero plurali potestas,

nec cognita mihi nisi ex Homero Od. μ' 252. et fortasse Menippo, apud Athen. XVI p. 664 e.

5. ἐπίμπρατο Ven. Vat. ἐνεπίμπρατο Θ, sequente Seilero.

III, 44.

1. κυνὶ Herelius, libri κοινή, κοινῇ, κοινῃτ.

2. τοὺς μὲν libri meliores, alii τὰ μέν. Hemsterhusius, quem Seilerus secutus est, τὰς μὲν coniectabat, ad Gratias haec referens et cetera audacissimis vexans coniecturis. Non viderunt viri doctissimi, quod vidit Reiskius, vitium loci in ἀπομάττεσθαι latere, pro quo ille verissime ἀπομύττεσθαι coniecit, firmante nunc cod. Vat. Hoc dicit scriptor: benignioribus Gryllionem quam nos Gratiae adspexerant oculis, ut illi (adolescentulos dicit apud quos unus nunc regnat Gryllio) ab eo emungantur opibusque per delicias priventur, nos autem praeclare nobiscum actum putemus, si quis mantile tersorium nobis obiciat. De verbo ἀπομύττεσθαι vide ad Menandri Rel. p. 172. Postrema quoque comicum colorem habent. Pherecrates Fragm. Com. II p. 261. τὸν σπόνδυλον — νωμᾶθ' ὥσπερ καὶ τοῖς κυσίν ἡμῖν. Quibus cf. Alciphr. III, 51. εἶτ' ὀστέα κῶλά τε καὶ ἀστραγάλους καθάπερ τοῖς κυσὶ παραρριπτοῦντες.

III, 45.

Inscriptio: Τραπεζολείκτης Ψιχοδιαλέκτῃ. Ita prius nomen scripsi ex Ven. et Θ. Cf. Χυτρολείκτης III, 54. vulgo Τραπεζολείχων. Alterum nomen Ψιχοδιαλέκτης, quod Ψιχοδιαλείκτης scribi voluit Seilerus, significat hominem qui rem habet et consuescit cum frustulis, i. e. qui frustulis vescitur. Similiter συγγίνεσθαι φάγροις et similia dicuntur a comicis poetis. V. Fragm. Com. II p. 88 et 438. Nec dissimile est quod de nauta Alciphro dixit I, 8. ἀνέμοις ὁμιλεῖν, ubi v. Berglerum. Figurate verbo διαλέγεσθαι Alciphro etiam I, 23. usus esse videtur εἶτα ἄλλος ἄλλῳ διελέγετο, alius alia in re occupatus erat. Nam sermones inter se convivae sine dubio iam initio convivii habuerant.

1. λέγω δή Ven. λέγω δέ vulgo. Ib. πόρθησιν ἱκα-

νήν. Eleganter Reiskius καινήν, receptum a Seilero; at recte habere credo editum. Saepe sic positum reperias ἱκανόν, ut aliquanto plus sit quam satis magnum, respondeatque fere nostro ansehnlich.

2. καταπύγωνα ante Lobeckium. In sequentibus non debebat relinqui manifestus error, quo περικατεάξαι in libris scriptum est pro περικατᾶξαι. Reliqua sanissima sunt nec ullo modo tentanda; nam κεφαλὴν quod Θ pro φιάλην habet merus describentis error est. Tum τραύματα Ven. θραύσματα vulgo. Scripsi θραύματα. V. Lobeckius ad Aiac. p. 322. Ib. μου λωβήσασθαι Ven. quod praetulerim. Ib. αἱ ἐν Γερανείᾳ Ven. αἱ vulgo om. Tum σταλάττουσι intactum reliqui, quamquam Ven. σταλάζουσι habet. Vat. σταλάσσουσι. At σταλάττειν noster dixit etiam Fragm. VI, 4. Tum ἀνέχεται Ven.

III, 46.

1. Legebatur ἔρεσθαι, quod recte ἐρέσθαι scriptum est in Ven.

3. ἐξηλλόμην ὡς ἐν τῇ φυγῇ τοῖν διαβάθροιν θάτερον ἀποβαλεῖν. Haec quoque manca est et imperfecta oratio, in hunc fere modum redintegranda: ἐξηλλόμην [καὶ τοσοῦτον ἠπειγόμην] ὡς ἐν φυγῇ. Interim lacunam indicavi.

4. ὅρα δὲ ὡς ἔστι πολυτελὲς ὀθόνης Αἰγυπτίας. Pro πολυτελὲς scripsi e Ven. πολυτελέστερον. Hoc dicit: vide quam sit Aegyptio linteo pretiosior textura. Idem liber pro ὀθόνης habet σινδόνης, quae si vera est lectio, novum habemus exemplum formae non optimorum scriptorum usu firmatae. Recepi tamen, quamquam Alciphronem σινδόνος scripsisse existimo, ut I, 12 et III, 66.

Ib. ἁλουργοῦ πορφύρας τῆς Ἑρμιονίτιδος. Ven. Ἑρμιονίδος, quod recipiendum duxi. Hermioniae purpurae magnam laudem fuisse praeter Alciphronem docet Plutarchus Alex. 36.

Ib. πολυτίμητον Ven. Tum ἐπὶ τὸν praebuit Ven. pro εἰς τόν. In postremis epistolae verbis ex eodem dedi μερίτην pro συμμερίτην. Cf. I, 17, 2. τῶν πλησίον τινὰς ἐκαλοῦμεν μερίτας.

III, 47.

1. *οὐδὲ δεινὸν* Ven. aegre careas particula *ἄν*.

Ib. *δοὺς φέρεσθαι* om. Ven.; tum legebatur *τῆς νυκτὸς μεσούσης*. ultimam vocem om. Ven. quem secutus sum. ante *ἠπειγόμην* Ven. addit *καί*, unde scripserim *κατηπειγόμην*.

2. *διεσπάσθαι* reposui ex optimis codd. pro *διασπᾶσθαι*, quod ex uno Par. posuit Seilerus. Ib. *ἀκρωτήρια* Berglerus, libri *ἀκροθίνια*. Tum ex Par. Ven. posui *τῇ ὑστεραίᾳ* et *εἰς ταφήν* pro *εἰς τὴν ὑστεραίαν* et *πρὸς ταφήν*.

3. Legebatur *ὑδρορρόον ἀνεῳγότα*. Vehementer dubito Alciphro *ὑδρορρόος* de fossa, idque masculino genere, dicere voluerit; saltim *ὑδρόρρους* expectabam. Scripsi igitur quod plurimi optimique libri habent *ὑδρορρόαν*, quod fluviorum quorundam nominibus e. c. *Χρυσορρόας* assimilatum est. Ib. *τῶν μὲν ἠθόμην οὐθ' ὑλακτούντων* Ven. quod edito rectius videri potest, si scripseris *οὐδ' ὑλακτούντων*. Idem liber recte in sequentibus *πάντες* obtulit, vulgo *πάντως*.

4. *τὰ πρυμνήσια*. Mira varietate Ven. *τὰ πρυμνωτόν*, quod fortasse corruptum ex *τὰ πρυμνήσια τῶν ᾐόνων*, ut est I, 11. *λύουσι τῶν ᾐόνων τὰ πρυμνήσια*. Utroque loco ipsae naves *τὰ πρυμνήσια λύειν* dicuntur, quod alias de nautis dici solet. Ib. *νυνὶ* pro *νῦν* scripsi ex Ven. qui habet *νύνι*.

III, 48.

Κεφαλογλύπτης Seilerus, *ΓΘΨ ἐφελογλύπτης*, Ven. *κεφελογλύπτης*. Alterum nomen in Ven. *Μαπαφανίσῳ* scriptum est, in *Θ ματταφανίσσῳ*. Recte Seilerus in notis *Μακπαφανίσῳ*. Vulgo *Μαπκαφασίῳ*.

1. Satis mira depravatione codd. consentiunt in *κακηγκάκως* vel *κακεγκάκως*. correxit Berglerus. Tum pro *ἄφωνος* Ven. *ἄχορος*, quod etsi habet quo placere possit, propter sequentia tamen *ἄφωνος* retinui. Mox vulgo *τορῷ τινι καὶ γεγωνοτέρῳ φωνήματι*, in quo cum comparativus post *τορῷ* parum placeat, e *Θ* et Ven. scripsi *γεγωνῷ τῷ φωνήματι*.

2. *ἀπέτρωγον* excidit constructione, qualia ut in aliis scriptoribus facile ferimus, ita Alciphronem suspicor maluisse *ἀποτρώγων*.

3. *πλήσασα* Ven. *Θ*.

4. *πέρας* ante Berglerum.

5. *ἐς νέωτα εἴη μήτε μὴν βιῴη*. In his *εἴη* om. Ven. at recte idem et *Θ* pro *βιῴη* habent *νικῴη*. Non credo tamen locum perpurgatum esse. Ib. *ὀρθοκόρυζον*. Berglerus *ὀρθοκόρυδον*, in quo composito primam partem non intelligo, nec magis ferri potest *ὀρθιοκόρυδος*, quod Seilerus voluit; at *κόρυδος* haud dubium est quin recte restitutum sit. Fortasse scripsit Alciphro *αὐτοκόρυδον*, quale nominum genus nostro scriptori inprimis placuit. Nec iusto violentior videri debet haec emendatio in Alciphrone, cuius in codicibus nomina propria miris saepe modis depravata sunt. Aliis fortasse *Ὀρφεοκόρυδον* non displicebit. Quod statim sequitur *καλεῖσθαι*, in Ven. *καλὸν ἄσθαι* scriptum est, in quo dubitari non potest quin aliud quam *καλεῖσθαι* lateat. Sententiam requiri arbitror fere hanc: quem ego *Ὀρθοκόρυζον* appellans gratiam me a nobis (parasitis) et ab histrionibus meriturum esse existimavi. Itaque in *καλὸν* latere opinor *καλῶν*. Sed *ἄσθαι* non expedio; ac vereor ne quid exciderit. Nec male legeretur *καλῶν [χάριν οἴσ]εσθαι πρὸς ἡμῶν — ἔκρινα*, sive *ἔκρινον*, ut est in Ven. qui praeterea *παρ'* habet pro *πρός*. Pro *ἡμῶν* fort. *ὑμῶν*.

III, 49.

1. *γήθυα* Seilerus, *γήθεια* Reiskius; libri *τητθία* et *τήθεα*.

2. *φορητήν* Ven. quod fort. *φορητὸν* scribendum. Ib. edebatur *ἐπειδὴ δὲ τὸ λοιπὸν ἐγώ σοι μεσαιπόλιος*. Recte Ven. *Θ τὸ λοιπὸν* omittunt; quid enim hoc est quod se abhinc semicanum esse dicit? at praeterea scribendum erat *ἐπεὶ δ' ἤδη*. Pro *μεσαιπόλιος* codd. *μεσαίπονος*, corr. a Berglero.

3. *στραγγαλίσω*. Constanter Alciphro huius generis futura atticismo, nisi quod semel praeterea codd. habent *ἀγωνίσομαι*. Scripsi igitur *στραγγαλιῶ*. Nam *στραγγαλήσω*, quod quis coniciat, admodum dubiae fidei est.

4. *παρὰ τὴν πρώτην ἡμέραν κεκλήσομαι*. Hoc etsi non damno, habet tamen aliquid insolentiae; possis *ἐπὶ* conicere vel *κατά*, ut alias loqui solet Alciphro. At cum Ven. *μετὰ* ha-

beat, fortasse scribendum πάντως μετὰ τὴν πρώτην ἡμέραν τοῖς ἐπαυλίοις κεκλήσομαι. Postremo πανηγύρεις mavult Seilerus.

III, 50.

Ἀντοπίκτῃ, quod in epistolae huius inscriptione legebatur, ex cod. Ven. scripsi Ἀρτοπύκτῃ. Seilerus Ἐτνολείκτῃ suspicabatur. Alterum nomen in Ven. βουβοκνίκτης scriptum est. vide ad III, 60.

1. Scripsi συνοικίας καὶ ἀγρούς, ut fecerat iam Berglerus; neque aliter Ven. Seilerus ex Par. συνοικίαι καὶ ἀγροί. At δαπανᾶσθαι Alciphro constanter activo sensu dixit, praeter II, 1, 7. ubi δεδαπανῆσθαι scribendum videtur pro δαπανῆσαι. Ven. scripturam nunc etiam Seilerum commendasse video. Ib. legebatur τὰ τούτου σπαθήσασα ἐπ' ἄλλον τρέψῃ, in quibus τὰ Berglerus addiderat. Egregie Ven. τούτου κατασπαθήσασα οὕτως ἐπ' ἄλλον τρέψῃ, in quo etiam οὕτως rectissime dictum est. Cf. Hermannus ad Aeschyli Pers. 340. Verbum κατασπαθᾶν in Stephani thesauro adhuc sine auctore circumfertur.

2. Φαινοστράτῃ Vat. aliique, quod non reiciam. Ib. ἐνεδείξατο scripsi ut iam Berglerus coniecerat; habent Ven. et Vat. ἀνεδείξατο vulgo.

3. εἰ γὰρ εἰς ταύτην ἅπαντα τεθείη. Reiskius ἀνατεθείη, quod verum videtur. Cf. III, 59, 2. Ib. καλῶς, ὦ θεοί, καλῶς ἀπολαύσομεν τῆς πλησμονῆς. Haec nullam dubitandi causam praeberent, nisi Ven. pro primo καλῶς haberet καλὴν et deinde τὴν πλησμονήν. Utrumque recepi, at cum ἀπολαύειν cum accusativo coniungi non possit, praeterea scripsi ἀπολάψομεν. Videtur autem Alciphro ex nescio quo poeta comico haec traduxisse; ecce enim optimum trimetrum:

καλὴν καλῶς ἀπολάψομεν τὴν πλησμονήν,
bonam bene abliguriemus copiam.

Nam πλησμονή non satietatem tantum significat, sed etiam omnium rerum affluentiam. Sequentia usque ad finem epistolae quo pacto cum reliquis conciliari possint non video. Vereor ne multa hic turbata sint. Ib. μέτριος καὶ ἐπιεικής scripsi e Ven. ἐπιεικὴς καὶ μέτριος τὸν τρόπον vulgo.

III, 51.

1. Seilerus ἐρῶν τῆς Καλλιρρόης ex emendatione Bergleri; vulgo ἐρωτικῆς. Poterant igitur lenius corrigere ἔρωτι τῆς Καλλιρρόης, quod dudum a me coniectum firmat Ven. qui habet ἔρωτι Καλλιρρόης. Ib. fortasse ex Ven. scribendum οὔ με γὰρ τῶν τι τρυφημάτων τῶν ἐν τούτοις ἤρεσεν. Amat enim noster τὶς sic ponere inter articulum et substantivum. V. Seilerum ad III, 20, 1. In seqq. ἐντεῦθεν pro ἐνθένδε et οὗτοι pro οἵδε scripsi ex Ven.

3. Legebatur ἢ διὰ τὸ παρὰ τούτοις χρυσίον ἀποδρύπτεσθαι, in quibus διὰ in nullo libro legi videtur. Recepi egregiam scripturam Ven. ἢ τοῦ παρὰ τούτοις χρυσίου ἀποδρέπεσθαι, in quibus χρυσίον de beata rerum copia intelligo, quo sensu alias fere χρυσός dicitur, non χρυσίον. Fortasse igitur χρυσοῦ ponendum. Quae his subiciuntur verba οἷα γὰρ καὶ νεουργεῖν ἐπιχειροῦσιν, in iis non male Herelius οἷα γὰρ οἷα νεουργεῖν coniecit; malim tamen, si quid mutandum, οἷα γὰρ καινουργεῖν, quo verbo utitur Alciphro III, 3, 1. Ib. τὸν ante οἶνον addidi ex Ven. Ib. καὶ τοῖς ἄλλοις ἱμᾶσιν inepte dictum videtur; paulo melius esset καὶ τοῖς πολλοῖς ἱμᾶσιν, multisque illis flagris, ut III, 52. μετὰ πῦρ καὶ σίδηρον καὶ τὰς πολλὰς βασάνους.

4. Διομηΐδος πύλης LDindorfius, vulgo Διομήδους, confirmat Ven. in quo est δι' ἄμιδος. Sequentia ita scribebantur: ἄμεινον γὰρ πρὸ τῶν Ἱππάδων ἐκτάδην πατεῖσθαι νεκρὸν τύμβου περιχυθέντος. In his verbum πατεῖσθαι, quod Berglerus κεῖσθαι scribendum esse intellexerat, praeter recentiores tuebatur Valckenarius ad Phoen. 1691, tot mala perpessum parasitum non temere hanc vocem posuisse existimans: in qua crisi ego si viri supra laudes nostras magni iudicium me desiderare dicam, non vereor ne clarissimorum eius popularium, qui nunc haec studia eximia cum laude colunt, animos laedam vel irritem. Quid enim obsecro est ἐκτάδην πατεῖσθαι? quis ita unquam aut locutus est aut loqui potuit? num forte adverbium pro ἐκτεταμένον poni posse credidit? Quid vero tum fiet verbis τύμβου περιχυθέντος? num sepulta cadavera pedibus calcari possunt? Rectissime igitur Berglerus, cuius emendationem nunc confirmat etiam

Ven. in quo *ὑεῖσθαι* scriptum est. Incerti poetae locus a Seilero allatus ex Anthol. Pal. VII, 577. *πάντες ἐπεὶ Τίμωνα νέκυν πατέουσιν ὀδῖται*, quid ad editae lectionis defensionem faciat non intelligo. At praeterea male me habet ipsum illud *τύμβου περιχυθέντος*, quibus verbis cum rei atrocitas non parum minuatur, sic ut nunc scripta sunt parasitum uti non potuisse apertum est. Quo accedit quod non sepultorum, sed insepultorum hominum corpora recte *ἐκτάδην κεῖσθαι* dicuntur. Non igitur dubitandum videtur, quin scribendum sit *τύμβου* [*οὐ*] *περιχυθέντος*, sive malis [*οὐδὲ*] *τύμβου περιχυθέντος*. Idque verum esse etiam hoc documento est, quod ante Hippades portas, quae ex Piraeeo venientes in urbem ducebant, sceleratorum et qui ipsi sibi manus intulissent cadavera insepulta proiciebantur. V. Plato Republ. IV p. 439 e. *Λεόντιος ὁ Ἀγλαΐωνος ἀνιὼν ἐκ Πειραιῶς ὑπὸ τὸ βόρειον τεῖχος ἐκτὸς αἰσθανόμενος νεκροὺς παρὰ τῷ δημίῳ κειμένους ἅμα μὲν ἰδεῖν ἐπιθυμοῖ ἅμα δ' αὖ δυσχεραίνοι.*

Ib. *Πελοποννησίων* scripsi ex Ven. pro *Πελοποννήσου*.

III, 52.

1. Ven. et V *μέλοι*, Vat. *μέλον* quod non displicet. *εἰ* quod Ven. ante *ποιούντων* habet, primitus supra *οι* in *μέλοι* correctionis causa superscriptum fuisse videtur. Ib. *οἱ* ante *ῥιψοκίνδυνοι* addit Seilerus. *Γρόνθων* nomen incertum facit scriptura Ven. *γόρθων*, pro quo Par. et mrg V habent *γρίθων*, quod *Γρίφων* esse possit. Aptissimum tamen parasiti nomen est *Γρόνθων*, etsi alio exemplo non munitum. Alterum nomen scribebatur *Σαρδανάπαλος*. Ib. post *ἐπιτρέποι τὸ δρᾶμα* quae codices addunt a nobis in marginem reiecta, cum nullo pacto intelligatur quorsum spectent quove consilio reliquis interiecta sint, spuria esse pro certo affirmaverim: ac priora usque ad *χρηστὸν* addita esse videntur a sciolo, qui aliquid ad sententiae absolutionem desideraret; reliquis *φύεται* — *ὑγιὲς* ineptus glossator laudare voluit scriptorem epistolae ut hominem frugi et a servorum vitiis intactum, quam quidem laudem futili et barbaro sermone extulit. Suspecta illa fuerunt iam Berglero.

2. *ἀλλὰ καὶ* praeeunte Berglero scripsi pro *ἀλλὰ γάρ*, quamquam possit etiam *ἅμα γὰρ* coniici.

III, 53.

Χωνοκράτει Seilerus, *Χωνοκράτω* et *Χονοκράτω* libri.

1. *Μεγαρικὰς* Herelius, *μαγειρικὰς* et *μεγειρικὰς* codices. Ib. *ἐμφάγοιμι* Reiskius, *ἂν φάγοιμι* libri, quorum alii *μόνος* ante alii post *ἂν φάγοιμι* habent; in his cum Ven. sit, hunc secutus sum. Pro *εὐκαίρως* Ven. habet *εὐκέρως*, quod *εὐχερῶς* scribendum esse videri possit.

2. *ἠνώχλει* Ven. *ἠνόχλει* vulgo.

3. *εὐχόμενος τοῖς* Ven.

4. *ἐκ τῶν δωρημάτων* mihi vitii suspectum est, malimque aliquid legeretur, quo homo se vel post furtum illud boni iustique viri laudem habuisse indicaret. An forte *ἐκ τῶν φωραμάτων* scribendum? at exemplum huius vocis habeo nullum. Itaque vide an fuerit *ἀδικημάτων*.

III, 54.

3. *ἐκείνοις τῶν* Berglerus, *τῶν ἐκείνοις* et *τῶν ἐκείνων* libri; at fortasse *ἐκείνοις* vel *ἐκείνων* ex glossemate ortum. Ib. *Ὀρθίας* Berglerus, *Πυθίας* libri.

4. *ἣν Λακεδαίμων ἐν ᾗ* Berglerus, *ἐν Λακεδαίμονι τῇ ἐμῇ* libri. Ib. *δ' οὖν* Seilerus, *γοῦν* vel *οὖν* libri. Postremo Ven. *τούτου ἐμοῦ*. Malim *τοῦτό μου*. Ib. pro *λῷον* edebatur *λώϊον*. Ven. *λόγον*.

III, 55.

2. *Ἐτεοκλῆς ὁ στωικός*. Nomen hoc variat in codicibus. *Θ* *ἑτοιμοκλῆς* (*Ἐτυμοκλῆς*?), ceteri *εὐοκλῆς*, quod etiam §. 7 codd. habent praeter *Θ*, ex quo ibi *νεοκλῆς* affertur. Varia coniectant critici. *Ἐτεοκλῆς* Berglerus et Seilerus, *Εὐθυκλῆς* vel *Εὐρυκλῆς* Reiskius, *Εὐκλῆς* Valckenarius. Scribendum videtur aut *Εὐκλῆς* aut *Θεοκλῆς*. interim *Ἐτεοκλῆς* retinui. Ib. *κουριῶν* Schneiderus Saxo, *κουρειῶν* libri. Ib. *ὁ γεγηρακὼς* quod vulgo post *αὐχμηρὸς* legitur, om. Ven. et *Θ*. seclusit iam Seilerus. Tum *ῥυσότερον* scripsi pro *ῥυσσότερον*.

3. *κικίννους* Berglerus, codd. *κίνωνας* vel *κίκωνας*, in

quo fortasse aliud quid latet quam quod Berglerus coniecit. In proximis legebatur *καὶ αὐτὸς ἐπί.* recte *αὐτὸς* om. Ven. *ἐπὶ* Reiskius pro *ὑπό.*

4. *τὸ στόμα ἐπιχειλὴς αὐτῷ τῷ πεπεῖσθαι καὶ λίαν μεμυκέναι τὴν ἐχεμυθίαν ὑποσημαίνων.* In his *πεπεῖσθαι,* in quo libri omnes consentiunt, Arnaldus in *πεπιέσθαι* mutavit, quod reliqui secuti sunt. Scribendum erat *πεπρῖσθαι,* quod commodissime de ore clauso et quasi constricto dicitur. Cf. Lobeck ad Aiac. 1030. Praeterea ex Ven. et *Θ* scripsi *ὡς ἀπὸ τοῦ* pro *αὐτῷ τῷ*, et *ὑποσημαίνειν* pro *ὑποσημαίνων.* Nam *ἐπιχειλὴς τὸ στόμα* is est qui labrum labro iungens os clausum habet. Alio sensu *γλῶττα ἐπιχειλὴς* dicitur i. e. in labris versans, garrula, apud Polluc. VI, 120.

5. *στελεῷ πρινίνῳ ἐπερειδόμενος.* Ineptum est hominem illum manubrio innixum dici. Scribendum erat *στελέχῳ.* Video idem voluisse Berglerum, sed scripsit *στελέχει.* Masculinum *στέλεχος* habes apud Polluc. X, 166. idemque e cod. reddendum Hesychio v. *ὄζος.*

Ib. *πήραν διάκενον καὶ πρὸς τὰ λείψανα εὐζώνως ἠρτυμένην.* Ita Jacobsio praeeunte scripsit Seilerus; libri *ἠρτημένην.* Pro *εὐζώνως* Ven. *ἐντόνως*, *Θ εὐτόνως.* Fortasse igitur scripsit *εὖ τόνοις ἠρτημένην.*

7. *ὁ Πυθαγόρειος τῶν χρυσῶν, ἐπῶν κατά τινα μουσικὴν ἁρμονίαν ἐτερέτιζεν.* Ita vulgo, in quo genetivi unde pendeant cum non appareat, *κατὰ* cum Ven. delevi hoc sensu: aureorum carminum musicam quandam cantillabat harmoniam. Praeterea malim *ὁ Πυθαγορικός.* Ib. *ὡς αὐτόν.* Pro his *ὡς ἑαυτὴν* Vat. et alii; unus Bergleri *ἑαυτὴν* sine *ὡς.* In Ven. quid legatur Seilerus non indicavit; ex quo silentio conicio hunc quoque habere *ὡς αὐτόν.* Latere putant psaltriae nomen; Reiskius *Ἐρώτιον* coniciebat. Fortasse excidit aliquid: possis *ὡς αὐτὸν* [*ἕλκων*] *ἐνηγκαλίζετο.* Ib. *ταυτὶ* scripsi e Ven. pro *ταῦτα.*

9. *πρῶτα μὲν οὖρει* Ven. *μὲν* om. reliqui. Pro *οὖρει* Vat. *ἤρει*, alius *ἐρεῖ.* Lehmannus *ἑούρει*, quod Seilerus recepit.

10. *οὐδεὶς ἔτι λόγος.* Librorum lectio est *ἐστί*, quod recte in *ἔτι* mutatum dicerem, si parasitorum initio rationem habitam esse dictum esset. Nunc aut *ἦν* scribendum — nec

raro e. c. III, 24, 3. ἐστὶν et ἦν permutantur — aut ἐστὶ delendum est.

Ib. οὐδεὶς τῶν ἐπὶ τοῦτο κεκληρωμένων. Precaria est Bergleri interpretatio eorum quibus id quasi sorte obtigit. Sensit ipse vir perspicax corrigitque κεκλημένων, quod etsi facilitate dictionis commendatur, non dubium tamen est quin aliud quid exquisitius in librorum lectione absconditum sit. Fortasse πεπληρωμένων scribendum, eorum qui multi ad hunc finem convenerant. Cf. Euripides Iph. T. 299. πολλοὶ δ' ἐπληρώθημεν ἐν μικρῷ χρόνῳ.

Ib. οἱ περὶ Σουσαρίωνα καὶ Φιλιστιάδην. Susarionis nomen me auctore intulit Seilerus. Est haec Bergleri coniectura: libri Σαννουρίωνα et Σαννυρίωνα. Equidem nunc Bergkio assensus sum, Σαννυρίωνα scurrae nomen (a σάννας) esse statuenti. Idem recte Φιλιστίδην corrigere videtur.

Ib. καὶ οὐκ ἀξιόχρεα. Revocavi optimorum librorum lectionem ἀξιόθεα. Quae his inferuntur εὐδοκίμει δὲ μόνος ὁ τῶν σοφιστῶν λῆρος, nullam corruptelae suspicionem inicerent, nisi pro εὐδοκίμει in Ven. scriptum esset εὐδοκίμονος, quod ex εὐδόκιμος corruptum videtur. Praeterea ex eodem libro scripsi σοφῶν, quod h. l. praestare opinor.

III, 56.

Mirificum nomen titulo epistolae inscriptum Θαμβοφάγος Berglero ex Θυμβροφάγος corruptum videbatur. Lenius Ἰαμβοφάγος corrigas, quod notissimum Demosthenis in Aeschinem convicium Orat. de Cor. p. 274. cum plerique in eam interpretati sint sententiam, ut hominem denotet conviciis promtum (Gramm. Bekk. Anecd. p. 265), eam interpretationem fortasse Alciphro secutus est, certe a scribentis persona non alienam.

1. καὶ βαδίζεις ἴσα δὴ καὶ τύφου πλήρης εἶ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου Πυθοκλεῖ. Verba καὶ τύφου πλήρης εἶ eo quo vulgo leguntur loco ferri non posse qui intellexit Reiskius, recte ea ante καὶ βαδίζεις transposuit; idque planissime nunc Ven. confirmat. Tum ἴσα δὴ e Bergleri correctione legitur. Par. aliusque habet εἰς ἃ οὐ δεῖ, Ven. εἰς ἃ μὴ δεῖ, utrumque manifesta interpolatione. Ex quo intelligitur

ne δὴ quidem, quod propter sequens δὴ parum apte hic ponitur, addendum fuisse.

Ib. τῶν ἀρίστων ἀποφέρῃ μερίδας scripsi e Ven. ἀποφέρῃ μερίδας τῶν ἀρίστων vulgo. Sequentia ita vulgo distinguuntur ut, verbis καθάπερ — φέρεσθαι in parenthesi positis, reliqua in hunc modum coniungantur: οὐκοῦν τὰς σπυρίδας καθ' ἡμέραν ἐξογκῶν σὺ μεγέθει λειψάνων πέπαυσο, quin tu sportas implere desine. Quae parum elegans, imo nullo modo ferenda est ratio. Eam ob causam verba οὐκοῦν — λειψάνων per interrogationem sunt efferenda: nonne tu is es, qui sportas quotidie grandibus coenarum reliquiis imples? In participio ἐξογκῶν pro verbo finito posito nemo haerebit.

2. καθάπερ πρώην Ἁρπάδης ὁ γραμματικὸς ἐποίει. Coniecturam meam, qua Ἀρητάδης scribendum suspicatus sum, commemoravit Seilerus; eam plane nunc confirmat Ven. in quo Ἁρπτάδης scriptum est. Nec dubito quin Alciphronis menti ipse ille Aretades obversatus fuerit, quem memorat Eusebius Praep. Ev. X, 3, 16. et schol. Homeri Il. ώ, 110. et Odyss. γ', 341. ubi Ἀρκτιάδης editur.

Ib. ἢ ἀνάγκη σε γυμνὸν τῆς οἰκίας θύραζε ἐν ἀκαρεῖ χρόνου ἐκβληθέντα ἐκπεσεῖν. Ineptissime θύραζε infertur post τῆς οἰκίας. Itaque alterutrum olim expungendum existimabam; nunc in eam potius inclino sententiam, ut τῆς οἰκίας, quod in Ven. ante γυμνὸν legitur, corruptum et τῆς οὐσίας scribendum putem, opibus tuis privatum. Pro χρόνου e Ven. recepi χρόνῳ, quod praestat in scriptore atticae dictionis studioso. Quod sequitur ἐκβληθέντα ad sententiam, ut nunc locus editur, abundat; non deleverim tamen, sed cum pro ἐκπεσεῖν constans omnium librorum lectio esse videatur ἐμπεσεῖν, nisi quod Ven. ἧναι habet, quod ex [καθεθ]ῆναι truncatum videri potest, excidisse potius aliquid crediderim, quo locus in quem trudendus erat homo indicatum erat; id autem fuisse videtur εἰς τὸ βάραθρον. Ita haec simillima evadunt illis Eupolideis apud Athen. V p. 236 f. sive in Fragm. Com. vol. II p. 485.

δεῖ χαρίεντα πολλὰ
τὸν κόλακ' εὐθέως λέγειν ἢ 'κφέρεται θύραζε·
οἶδα δ' Ἀκέστορ' αὐτὸ τὸν στιγματίαν παθόντα·

σκῶμμα γὰρ εἰπ' ἀσελγές, εἶτ' αὐτὸν ὁ παῖς θύραζε ἐξαγαγὼν ἔχοντα κλοιὸν παρέδωκεν Οἰνεῖ.

Ubi quod Oeneo tradi iubetur homo importunus, idem est ac si dixisset eum in barathrum detrusum iri. Ciriadae enim demus, in quo barathrum illud fuisse constat, tribus erat Oeneidis. V. Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 219, 10. *Ἀθήνησι δὲ τὸ βάραθρον ἦν ὄρυγμά τι ἐν Κειριαδῶν δήμῳ τῆς Οἰνηΐδος φυλῆς.* Ac probabile est in ipsa barathri vicinia statuam eponymi herois fuisse positam. *) Ceterum barathri meminit Alciphro etiam III, 52, 3.

III, 57.

Οἰνόλαος Ven. quod non praeferam scripturae editae. Alterum nomen ante Berglerum *Ποτηροφλυάρῳ* scriptum erat; pro eo *Κυπελλιστῇ* legitur in Ven.

1. *τὸν νεανίσκου* ante Reitzium, *τὸν νεανίσκον* Ven. in quo praeterea *τὸν τροφέα* post *Ζώπυρον* positum est. Ib. *περὶ τὰς δαπάνας* addidi e Ven. Ib. *ἐνστάντων ὑποδήματα Ἰφικρατίδας μοι νεουργῆ ἔπεμψε* cod. Bergleri, *ἐνστάντων ὑποδήματα Ἰφικρατίδας νεουργῆ εἰσέπεμψε* Par. Correxit Berglerus. Ven. pro his: *ὑποδήματα* — *ἔπεμψε* nihil habet nisi *οὐδὲ προσέβλεψε*, quod librarii est singula perscribere pertaesi.

2. *ἐπὶ τούτῳ* Seilerus conicit. Ib. ante Seilerum *διαμασσῶμαι*. Ib. *τῆς* quod vulgo ante *διανοίας* legitur, omi-

*) Ita nunc Eupolidis verba, de quibus diversissimae doctorum virorum sententiae prostant, recte mihi expedivisse videor. Oeneus autem ille, qui Oeneidi phylae nomen dedit, fuit spurius Pandionis filius, memoratus ille a Dione Chrysost. XV ed. Emp. p. 274. *ναὶ μὰ Δία, ἔφη· πλήν γε τῆς (δούλης) Οἰνέως τοῦ Πανδίονος νόθου παιδός. ὁ γὰρ ἐκείνου νομεὺς ὁ ἐν ταῖς Ἐλευθεραῖς καὶ ἡ γυνὴ ἡ τοῦ νομέως — ἀλλότρια εὑρόντες ἐν τῇ ὁδῷ παιδία, οὐκ εἰδότες ὅτου ποτὲ ἦσαν, ἀνελόμενοι ἔτρεφον ὡς αὐτῶν, καὶ οὐδὲ ὕστερον ἑκόντες οὐδέποτε ὡμολόγησαν, ὅτι ἀλλότριοι ἦσαν.* Quae non dubito quin ex aliqua Euripidis fabula derivata sint, ac nisi fallit sententia ex eadem, ex qua haec anonymi poetae verba servavit glossator Strabonis VII p. 375. *Οἰνόη σύγχορτα ναίω πεδία ταῖς τ' Ἐλευθεραῖς*, in quibus ipsum illum pastorem audire mihi videor de invento puero, quem ipsum Oeneum fuisse probabile est, narrare incipientem. Qui praeterea Oenei Attici meminerit scio nullum.

si cum Par. et Ven. qui postrema verba sic effert: *ἀνάγκη τὴν γλῶσσαν τηλικαῦτα (τηνικαῦτα?) προσκρούειν καὶ σφάλλεσθαι*, quod nescio an recipiendum fuerit.

III, 58.

1. *καττύης* Wagnerus et Seilerus, *καττύεις* vulgo, Ven. aliique *καττύειν*, unde *καττύσειν* scripsi. Tum *ἀγενήτους* Par. *ἀγεννήτους* reliqui, *ἀγεννεῖς* Berglerus et Seilerus, inutili coniectura. Ib. *οὗτος* addidi ex Ven. Ib. *ἑταίρας* Piersonus, *ἑορτὰς* libri. Ib. *ὑπομενόντων* vereor ut sanum sit; fortasse *οὐχ* vel *μὴ ὑπομενόντων*.

2. *καὶ τὰς ἑταίρας δὲ* vulgo, quae vitiosa dicendi ratio est; recte *καὶ* om. Ven. et sic iam Berglerus voluit. Ib. *τοῖς σκεύεσι* frustra viri docti tentant, cum manifesto de vasis lavanti necessariis intelligendum sit, velut de *πυέλῳ*. Minime omnium Bergleri coniectura *ταῖς στοαῖς* admitti potest, in quas profecto *τὸ ἑνὸς εἶναι δοκεῖν* non cadit. Ib. *κἂν — δοκῇ* Berglerus, libri *καὶ — δοκεῖ*.

3. Edebatur *τρέμω ἐνδακὼν — κακόν τι προσλάβωμαι*. Quae cum audacissimas Bergleri, quem Seilerus secutus est, coniecturas provocassent, nunc ex Ven. emendata nihil amplius difficultatis habent. De heroe Sigelo cf. Comic. graec. fragm. II p. 419. et Vindicias Strab. p. 135. Ib. *ἀρήϊος* rara in scriptoribus solutae orationis forma est, sed qua etiam Josephus usus est B. Iud. III, 5, 4. *ἀρηΐου πνεύματος ὑποκιμπλάμενοι*. Ib. vulgo *κολακεία* et *μὴ διαβολάς*, quod correxi e Ven.

III, 59.

In praescriptione epistolae legebatur *Ἀμασήτῳ*. Ven. *ἀμασίῳ*, quod *Ἀμάστῳ* scripsi eodem intellectu quo vulgatum *Ἀμασήτῳ*. Suidas: *Ἄμαστος· ὁ ἀμάσητος*.

1. *ἃς οἶσθα με ἐν χεροῖν ἔχοντα*. Ven. *ἐν χεροῖν με*. Scripsi *ἃς οἶσθα ἐνέχυρόν με ἔχοντα*. Quamquam erunt fortasse qui editum interpretari malint quas nosti me possidere.

2. Post *φάσμα* Ven. addit *καὶ ζήτημα*, quod quid sit ab aliis doceri cupio. Fortasse ex margine venit, ubi notaverat aliquis ut de somnio quaerendum esse indicaret. Tum *εἶναι*,

quod libri inter ἐκεῖνος et ὁ Ἰλιεὺς habent, eiecit Berglerus; Reiskius οἶμαι coniciebat; possis etiam νὴ Δία. Ib. edebatur περικάλλιστος quod nihil est; scripsi ex Ven. περικαλλής, quod coniectura assecutus erat LDindorfius.

3. ἐπιπτάντα. Ven. ἐπιστάντα, in quo nihil est quod improbandum sit. Cf. III, 30, 2. νέφος (ὀρνέων) ἐπέστη. Strabo VI p. 260 f. ἐπιστὰς τέττιξ ἀναπληρώσειε τὸν φθόγγον. Et quis nescit illud Sophoclis Ant. 117. στὰς δ' ὑπὲρ μελάθρων κύκλῳ de aquila dictum.

4. Vulgo μέλλοντα τότε ψαύειν. Recte Ven. τότε omittit; idem λάβην i. e. λαβεῖν pro ψαύειν, quod adscivi. Ib. διικετῆ καὶ μέγαν scripsi e Ven. nisi quod is διικετὴν habet; vulgo διοικετῆ τὸν μέγαν. Ib. Ven. μικρὸν pro πικρόν. Voluit fortasse μιαρόν, nec tamen reiciendum est πικρόν, quod de odore frequens est.

5. διηγειρόμην scripsi ex Ven. pro ἐξηγειρόμην. In sqq. malim καὶ [νῦν] πρός. Ib. pro δέομαι dubitanter δεῖ μοι Wagnerus. Cf. Petrus Patric. Hist. p. 125, 12. περὶ τούτων μηνῦσαι δέομαι τῷ αὐτοκράτορι. Ib. μέλλει et ἀληθίσασθαι scripsi e Ven. pro vulgato μέλλοι et ἀληθίζεσθαι.

III, 60.

Inscriptio: Χασκοβούκης Ὑπνοτραπέζῳ. Non male Seilerus Ἰπνοτραπέζῳ coniecit; sed editum significat hominem inter pocula obdormiscentem. Cf. I, 22, 4. et III, 55, 7. Ad Χασκοβούκης idem comparat Βουκοπνίκτης ex III, 59. cuius ad exemplum Βουκοχάσκης scribendum esse opinatur, hominem immaniter hiantem eo nomine significari existimans; id vero esse debebat Βουχάσκης. Mihi in his compositis βοῦκος nihil differre videtur a βύκος, quo cum vini genus quoddam significetur (v. ad Stephanum Byz. p. 101, 9) Βουκοχάσκης commodum parasiti nomen esse poterit vino inhiantem denotans, ut Βουκοπνίκτης vino suffocatum, cui apprime convenit Οἰνοπνίκτης apud Alciphr. III, 8. Eodem fortasse Βουκίων III, 43. referendum est.

1. οἱ πολλοὶ corruptum videtur; nec placet tamen quod Schwarzius voluit οἱ πλούσιοι. Tum ἦν ἡμέρα Ven. ἡμέρα ἦν vulgo. Ib. περὶ τὰς οἰκίας nunc sanum puto. Adolescentulos istos non domos intrasse dicit ut lautis epulis ope-

ram darent. Similis usus praepositionis περὶ est III, 64, 1. aliisque locis.

2. ἐνταυθὶ scripsi ex Ven. pro ἐνταυθοῖ. Ib. ἐναπομεῖναν Reiskius. Ib. ἔτι δράξασθαι Berglerus. Ib. ἔκαπτον Berglerus; firmat Ven. ἔδαπτον. ceteri codd. ἔχαμπτον.

III, 61.

Meridae nomen huic epistolae praescriptum nolim equidem in vitii suspicionem vocare. Videtur enim Μεριδᾶς ad illud hypocoristicorum nominum genus referri posse, quae scopticis affinia sunt. Iam cum μερίς de cibis ferculisve dici constet, Μεριδᾶς non inepte de ferculorum amatore interpretari licebit. Disputavit de hoc nominum genere Lobeckius in Wolfii Anal. vol. II p. 47. Nec alterum nomen, quod in Ven. rectissime Σκορδοσφράντης pro vulgato Ὑδροσφράντης scriptum est, quidquam difficultatis habet, quippe ad σκόρδον i. e. σκόροδον revocandum, de qua forma dixit Lobeckius Pathol. I p. 301. Consimiliter sequentis epistolae inscriptioni restituendum Σκορδολέπισσος, pro quo alii habent Κοδρολέπισος, Ven. autem Σκοδρολέπισος. Male Berglerus Χιδρολέπισος.

1. ἔδακνεν ex Ven. scripsi pro ἔδακεν. Ib. ὅσον τὸ παρ' ἀξίαν ὑπομένειν. Ita haec vulgo eduntur, quae corrupta esse sequentia docent, ex quibus intelligitur hic aliquid lectum fuisse, quo epistolae scriptor se ab homine ignobili iniuriam passum esse conquestus erat. Itaque scripsi ὅσον τὸ παρ' ἀναξίου ὑπομένειν. Verum alio ducit Ven. in quo memorabili varietate scriptum est: ὅσον τὸ δι' ἄφον τοῦ ὑβρίζοντος, in quo latere opinor τὸ διάφορον, quam diversa eius qui me contumelia affecit condicio.

2. κατὰ γένος in Ven., qui γένους habet, post Μεγακλέους positum est, quod ipsum indicio esse videtur, haec verba ex margine illata esse. Ib. ἐν addidit Hemsterhusius.

3. Vulgo ἀγαπῶ τῇ γαστρὶ τὴν ἀναγκαίαν πλησμονὴν ἐκπορίζειν, quorum loco exhibui lectionem Ven. Ib. Δοσιάδης libri. Ib. κἂν (ante Seilerum καὶ) τοῖς ἐν Ἡλιαίᾳ καταριθμεῖται δικάζουσι. Post καταριθμεῖται Ven. addit καὶ αὐτός. Ib. verba Μιλτιάδης ἐδέδετο perridiculo augmento ditata sunt in Ven. qui post Μιλτιάδης inserit γραμματικός.

Hoc igitur praeclaris suis laboribus Miltiades consecutus est, ut a futili monacho grammaticorum genti insereretur vir a grammaticis subtilitatibus tantum distans, quantum monachus iste a *πρινίνοις* illis *μαραθωνομάχαις*.

4. *Σκορδοσφράντην* Ven. *Ὑδροσφράντην* vulgo, *Κοδροσφράντην* Par.

III, 62.

De *Σκορδολέπισος* dixi ad praecedentem epistolam. Alterum nomen Reiskius *Καπνοσφράντῃ*, Seilerus *Καπροσφράντῃ* aut *Καππαροσφράντῃ*, quorum alterum vix recte formatum est, scribi voluerunt.

1. *ἐπίστασο* Berglerus, *ἠπίστασο* libri. Ib. *οἴονται* Berglerus, *οἷόν τε* libri, Ven. *οἴοντε*.

2. *αἵ τῶν τρεφόντων προϋλακτοῦσι*. Ita vix unquam quisquam locutus est. Codd. *προσυλακτοῦσι*, pro quo quod nunc legitur, e coniectura invexit Berglerus. At scribendum potius erat *προφυλακτοῦσι*, cui verbo legitime formato iam locus in lexicis dari poterit, exturbato altero, quod ex hoc solo Alciphronis loco receptum est. Ib. *ὁ εἷς τῶν Ὀλυμπίασι βασκάνων*. Haec quo spectent nondum a quoquam explicatum est. Credibile est factum esse Olympiae, quod si non factum esset miraremur, ut essent homines invidi et malevoli iidem que Telchiniacarum artium potentes qui si fors ita ferret iamiam victuris victoriam eriperent. Nota sunt quae Pausan. VI, 20. de Taraxippis memoriae prodidit. Mirum vero quod dicit Alciphro *ὁ εἷς τῶν βασκάνων*, quasi duo tantum nec plures has artes exercuissent; at fortasse articulus expungendus est. Ib. *παρὰ τούτων* libri, *πρὸς τοῦτον* Hemsterhusius; eiusdem emendatio est in seqq. *δίθυρα*, pro quo codd. *ἰδίουρα*.

3. *συνίσασι* Berglerus, libri *συνίασι*. Ib. *οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως* Berglerus, *οὐκ οἶδ᾽ ὅπως* libri, quod retinuit Seilerus.

4. *τοῦ κυρτοῦ κακώτερος*. Mirabar comparativi formam praeter poetas nulli scriptori usurpatam, corrigebamque *μαλακώτερος*, cum id liquido in Ven. legi animadverti.

III, 63.

1. *βούλονται* Ven. Ib. *λαιστρυγόνες* si ex *τρυγῶν*

composuit scriptor, hoc nomine nihil aliud notari potuit, quam garrularum mulierum impudicitia: τρυγόνα enim si quam mulierem vocant Graeci (ut apud ipsum Alciphronem III, 29. aliosque ad Menandri Rel. p. 148. allatos), linguae intemperantiam eo indicant; id vero a scriptoris consilio alienum, cum ipsas illas mulieres clandestini dominae facinoris conscias exhibuerit. Itaque aut Bergleri emendatio probanda videtur λαικάστριαι corrigentis, aut scribendum ἀλάστορες, aut aliud quid latet quod propius ad traditae lectionis ductus accedat, exempli causa λαισπύγονες, quamquam id de viris potius quam de feminis dici potuisse videtur. Ib. αὗται τῇ αἱ Reiskius. Ib. συμπράττουσι ante Berglerum. Ib. περιδέραια pro δέραια Ven. quem secutus sum in sqq. συργάστρῳ pro συργάστορι reponens, qua forma Alciphro nec III, 18. nec III, 19. usus est.

2. πρὸς τὸ παρὸν σιγώην σιγὴ (Ven. σιωπὴ) δέ ἐστι τοῦ θυμοῦ τροφή. Ita haec in codd. leguntur, quae Seilerus sic scripsit: σιγῶμεν· σιγὴ δὲ etc. Lenius visum est quod ipse posui σιγῶ· ἡ σιγὴ δέ etc. At dictum hoc de silentio iracundiae nutrimento hic ineptissime inculcatum est et, nisi fallit coniectura, e margine illatum, in quem reieci. Wagnerum Euripidis haec esse dicentem fefellit memoria; nec apud ceteros poetas tragicos aliquid in eandem sententiam dictum esse memini, nisi huc referre velis Sophocleum illud Antig. 1236. καὶ τῆς ἄγαν γάρ ἐστί που σιγῆς βάρος. Non omittendum tamen integrum fere senarium effici verbis σιωπὴ δ' ἐστὶ τοῦ θυμοῦ τροφή. In fine epistolae ἐξονειδίζουσαι ex Ven. posui pro ὀνειδίζουσαι.

III, 64.

Inscriptorum nominum prius Τουρδοκύναγος potius scribendum est, quam quod Seilerus voluit Τουρδοσυμφάγος. Alterum in codd. Ἐφαλλοκύθρα scriptum quid moverit Reiskium et Seilerum ut in Ἐφαλλοχύτρα abire iusserint, non dispicio. Ionicum esse constat κύθρη pro χύτρα. Atque ionismi vestigia ostendit scriptura Ven. Ἐφαλλοκύθρηα, quare Ἐφαλλοκύθρη posui. Apud Pollucem VII, 163. optimus Par. A κυθροκλάθος habet. Cf. Eustathius ad Hom. p. 746, 16.

1. ὑπ' ἀνοίας etiam nunc ex ὑπ' ἀγνοίας corruptum

puto; neque enim dementiam hominis incusat, sed simplicitatem et rerum ignorantiam. Ven. ὑπονοίας. In sequentibus ἀμειδῆ τὸν pro ἀμείδητον scripsit Berglerus. Ib. libri ἀξιώτερον, quod ferri non potest, nisi ante ἁπάντων deleas praepositionem ἐξ. Ib. libri σκαλδαμούς, pro quo alii σκινδαλμούς, ego atticam formam restituere non dubitavi.

2. ἀλλὰ καὶ τοῦ vulgo; recte Ven. καὶ om. Monuit etiam Seilerus. Non recte autem idem reliquit vitiosum περὶ χαμαιτυπίας εἰλούμενον, pro quo cum in Ven. quantumvis vitiose scriptum sit περὶ γαμετῇ ἀειλούμενον, hoc ipsum tamen indicio est recte locum emendasse Berglerum: χαμαιτυπία si unquam in usu fuit, lupanar utique significare non potuit.

3. ἔτι ἀντιτείνεται Arnaldus, libri ἐπανατείνεται. Ib. ταῦτα e Ven. scripsi pro τὰ τοιαῦτα.

4. ἑταίρου οὐχ ἑταίρας ἔργον διεπράξατο. Hoc Menandro sublegit apud Athenaeum XIII p. 571 e. ἑταιρῶν πεποίηκατ' ἔργον οὐχ ἑταίρων. Cfr. ad Menandri Rel. p. 134. Ib. εἴ μοι Jacobsius, libri ἦν μοι. at praeterea nihil hic novandum est. Ut enim cuius copiosa fluit oratio πολὺς ῥυῆναι dicitur, ita etiam eos, qui aliquem munerum tanquam flumine inundant, recte δαψιλεῖς ῥυῆναι dici posse nemo ibit infitias.

III, 65.

Inscriptio Πηξάγηφνος Ῥινομάχῳ. Prioris nominis scriptura varie, sed sine fructu tentata est. Cod. Par. habet Πηξάγκωμος, Ven. Πηξάγωνος. Atque hoc haud dubie verum est. Πηξάγωνος est qui in certamine obrigescit, respondetque alteri nomini Ῥιγόμαχος.

1. ἡ ἐξ Ἰστρίας ναῦς, ἡ ἐπὶ τοῦ χώματος ὁρμοῦσα εἰς τὰς Ἀθήνας ἧκε. In his Ἰστρίας Wagnerus scripsit, libri varie, proxime vero Ven. Ἰστρίᾳ. Porro ὁρμῶσα legebatur ante Dorvillium. Denique εἰς τὰς Ἀθήνας Seilerus scripsit, cuius mutationis causam esse video nullam: rectissime Ven. ταῖς Ἀθήναις. Istriacam illam navem magno Athenis bono venisse dicit; quamquam dativi etiam a sequenti φέρουσα suspensi esse possunt. Χῶμα illud in portu Piraeeo, ad quod navem in ancoris stetisse dicit, memorat etiam Demosthenes Or. in Polycl. p. 1208 τάς τε ναῦς καθέλκειν — καὶ παρακομίζειν ἐπὶ τὸ χῶμα et de cor. trier. p. 1229. ἐπὶ τὸ χῶμα

τὴν ναῦν περιορμίσῃ, ad quae negligi non debebat Pollux I, 122. περιορμίζειν τὴν ναῦν περὶ τὸ χῶμά φησι Δημοσθένης. Cf. Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 315, 15. Χῶμα ὄνομα τόπου ἐν Πειραιεῖ.

2. καὶ μουσουργῶν. Malim καὶ τῶν μουσουργῶν. Ib. ἀπὸ σκηνῆς Schaeferus, ἐπὶ σκηνῆς codd.

3. ἔστι δὲ καὶ ὀφθῆναι κεχαρισμενώτατος καὶ τὸ πρόσωπον αὐτῷ τὰς Ὥρας αὐτὰς ἐνορχουμένας ἔχει, καὶ τὴν Πειθὼ τῷ στόματι ἐπικαθῆσθαι εἴποις ἄν. προσπαῖσαί τε γλαφυρὸς καὶ προσλαλῆσαι στωμύλος οὕνεκά οἱ γλυκὺ Μοῦσα κατὰ στόματος χέε νέκταρ'. Ita haec maxime e Wyttenbachii coniecturis edita sunt, qui dixit de hoc loco ad Plutarchum de S. N. V. p. 9. Lectionis varietas haec est: articulum ante πρόσωπον libri omittunt, pro αὐτῷ Ven. habet αὐτό, loco verborum τὰς Ὥρας αὐτὰς in Ven. scriptum est τὰς ἄλλας, pro ἐνορχουμένας libri ἐπικαθημένας, denique pro τῷ στόματι ἐπικαθῆσθαι, quae Par. scriptura est, tres libri, in his Ven., habent τοῖς ὄμμασιν ὀρχεῖσθαι. Apertum vero est ne Wyttenbachii quidem emendatione locum restitutum esse. Quid enim inficetius dici potest verbis καὶ τὸ πρόσωπον αὐτῷ τὰς Ὥρας αὐτὰς ἐνορχουμένας ἔχει, quae longissime absunt ab ea quam in Alciphrone amamus elegantia. Ac fateor ne Horas quidem in vultu venusti adolescentis tripudiantes mihi placere, pro quibus quis non Gratias potius expectet, praesertim si comparet exempla a Schradero ad Musaeum vs. 63 allata et Stratonem Anth. Pal. XII, 181. Quibus adde ipsum Alciphronem III, 1, 3. τὸ δὲ ὅλον πρόσωπον αὐτὰς ἐνορχεῖσθαι ταῖς παρειαῖς εἴποις ἂν τὰς Χάριτας. Quibus verbis non mirarer equidem si quis ita uteretur, ut Alciphronem scripsisse existimaret: καὶ τῷ προσώπῳ αὐτὰς τὰς Χάριτας ἐνορχεῖσθαι καὶ τὴν Πειθὼ τῷ στόματι ἐπικαθῆσθαι εἴποις ἄν. praesertim cum Ven. pro verbis τὰς Ὥρας αὐτὰς mira varietate habeat τὰς ἄλλας. Ea sane digna esset Alciphrone oratio. At cogitanti mihi immania ista codicum vitia haud improbabile videtur, ipsa illa verba καὶ πρόσωπον αὐτῷ τὰς Ὥρας ἐπικαθημένας ἔχει ex margine in textum scriptoris illata esse. Ac fortasse etiam sequentia verba καὶ τὴν Πειθὼ — εἴποις ἄν, quae item in libris varie scribuntur, eodem iudicio comprehendenda sunt. Iam vide

quam leniter et sine salebris fluat oratio: *ἔστι δὲ καὶ ὀφθῆναι κεχαρισμενώτατος προσπαῖσαί τε καὶ λαλῆσαι στωμύλος.* Quibus in verbis *προσπαῖσαι* ex Bergleri emendatione editum est, pro quo cum libri habeant *προσπεσεῖν*, multo credibilius est Alciphronem *προσπαίζειν* scripsisse quam *προσπαῖσαι.* Neque in temporum variorum coniunctione ulla est dubitationis causa.

4. *εἰπεῖν γὰρ οὐ χεῖρον.* Non credo haec sincere scripta esse, sed a coniectando prudens abstineo. Postrema verba in codd. sic habentur: *ἐν αἷς οὐδὲ εἷς τούτων ἄγεται.* Ingeniose Berglerus *ἄγευστος* scripsit. At quis praestet non lacunosum esse locum? Potuit certe Alciphro etiam hunc in modum scribere: *ἐν αἷς οὐδὲ εἷς τούτων [ἄπειρος ἐν τιμῇ] ἄγεται.*

III, 66.

Scribere hanc epistolam fingitur *Γυμνοχαίρων Φαγοδαίτῃ.* Pro ultimo nomine Ven. habet *φαγοδαρδάρτῳ*, quod *Φαγοδαρδάπτῳ* scriptum genuinum arbitror.

1. *λέγω δὲ τὸν ἀδόλεσχον καὶ λάλον.* Ineptam tautologiam tollit Ven. in quo *ἀκύρεστον* scriptum est, quod eodem h. l. sensu positum videtur quo apud Sophoclem Oed. Col. 120. ο *πάντων ἀκορέστατος.*

Ib. *ἐκ Βρεντησίου* Bastius, *ἐκβροτησίου* Par. *Ἀβροτησίου* vulgo. Tum Ven. fortasse rectius *προτεθειμένον.* Ib. *τὸν τοὺς χειροήθεις κόρακας τιθασσεύοντα.* Haec qui inepte dicta esse intellexit Seilerus, corrigere tentat *τὸν ποιοῦντα χειροήθεις κόρακας καὶ τιθασσεύοντα.* Mihi *χειροήθεις* aut delendum aut post *κόρακας* transponendum videtur. Praeterea *τιθασεύοντα* scribendum erat, quae unice vera est huius verbi scriptura.

2. *ξυριεῖσθαι τὴν γενειάδα.* Verbi *ξυρίζειν* cum certa exempla offerri non possint, non dubium est quin LDindorfius recte *ξυρεῖσθαι* scripserit. In proximis *τὸν ξυρὸν* ex optimis libris posui pro *τὸ ξυρόν.*

3. *περιπαθῶς κοπίδα λαβὼν ἀπερρίζωσα.* Scripsi ex Ven. *κακοπαθῶς.* Profecto enim cum dolore coniuncta erat haec superstitis barbae eradicatio. Ex eodem libro *κοπίδας* restitui. Postrema epistolae verba nescio an praestet ita scri-

bere: ἃ γὰρ οὐδ' οἱ τρέφοντες παίζουσι, quo quantum vigoris sententiae accedat, facile sentitur.

III, 67.

1. Νεβρίδα Reiskius, νεβίδα Ven. νευρίδα ceteri. Ib. ἀπαστράπτουσα pro ἀστράπτουσα ex Ven. edidit Seilerus.

2. ἐκρινηθῆναι Boissonadus, πρισθῆναι LDindorfius, κριθῆναι libri.

III, 69.

Inscriptio Τρικλινοσάραξ Κοσσοτραπέζῳ. Scripsi ex Ven. Τρικλινοσάξ, ubi accentus omissus est; idem liber Epist. 70. habet Τρικλινόσαρξ. De accentu nulla esse potest dubitatio comparanti βλεφαροσπάξ, νεκροβαστάξ aliaque apud Arcadium p. 18, 23. Denotatur autem eo nomine homo pulvinar farciens.

1. Legebatur καὶ ὃς δέον βασανίσας διερευνᾶν τε το πρᾶγμα ποικίλως. Emendavi ex Ven. Ib. ἀπεδύσατο ante Wyttenbachium.

2. Vulgo ἀμηγέπη πέπεισται. Non quodammodo homini stupido de fide uxoris persuasum esse dici potuit, sed facili opera. Itaque ex Ven. reposui ἀμογητί, poeticum verbum, sed quo utitur etiam Cinnamus Hist. I, 4. Ib. στενεδίῳ ante Berglerum.

III, 70.

1. ἐξεχεῖτο ἐπ' ἐμοὶ τῷ γέλωτι. Revocavi constantem omnium librorum lectionem ἐν ἐμοί cll. Sophocle Antig. 547. εἰ γέλωτ' ἐν σοὶ γελῶ. In sequentibus verbis ἀστικῆς στωμυλίας καὶ ξένης ἢ κατὰ τοὺς χωρίτας ἐπαΐων, pro ἢ scribendum utique μή sive malis cum Reiskio οὐ, dicacitatis urbanae non pro captu, i. e. supra captum, agrestium virorum intelligens. Dura enim est et vix excusabilis Bergleri ratio, ἢ a ξένης suspendentis, quod ne ad sententiam quidem commodum est.

2. ἀνεκτὸν Reiskius, libri ἀνεκτός. Ib. pro πλουσίων, quae Bergleri emendatio est, cdd. habent μουσίων vel μουσείων. Potest igitur etiam περιουσίων scriptum fuisse. V. ad III, 73, 2.

3. *μετέμελε* Berglerus. Codd. *μετέμε*, Ven. *μετάμελλε*.

4. *ἐπὶ μήκιστον χρόνον* non video quid aliud significare possit quam ad longum tempus. Scribendum videtur *μετά* pro *ἐπί*, nisi gravior corruptela latet.

Ceterum nomen huic epistolae inscriptum *Λιμοπύστης* non iniuria vitii arguit Seilerus, *Λιμογεύστης* scribendum coniciens. Malui *Λιμοπύκτης* reponere i. e. cum fame conflictans. Huic simile est *Ἀρτοπύκτης* de pane concertans III, 50.

III, 71.

Nomen praescriptum *Φιλάπορος* ad illud compositorum genus revocari posse videtur, in quibus *φιλο* ad intellectum fere abundat. V. Delect. Anthol. p. 184. et Lobeckium Pathol. I p. 147. Nihil igitur mutandum existimo.

1. *ἐξ ὧν ὕβρις τὸ τέλος*. Haec si sana sunt, notatu dignum est *τὸ τέλος ἐκ τούτων*. Alioqui *ἐξ* deleri potest. Ib. *ἔπειτα τοῦ φρονήματος ὡς ἔχοιμι διὰ βραχέων ἀποπειραθεὶς τῷ χορῷ τῶν κωμικῶν συλλαμβάνει*. Prorsus insolenter *φρόνημα* dixit pro *φρόνησις*, ut sequioris aetatis scriptores loqui solent, velut Theophanes Cont. V, 72. *ἐθαυμάζετο αὐτοῦ μετ' ἀνδρίας τὸ φρόνημα*. At profecto mirum est, Lexiphanem hominis prudentiam explorare maluisse quam quae in histrione vel maxime spectanda erat vocem; magis etiam mirum, Lexiphani hanc ingenii explorationem tam exiguae operae stetisse, ut eam *διὰ βραχέων* perficeret. Haec omnia docent Alciphronem non *φρονήματος* scripsisse, sed *φωνήματος*, quo ipso de histrionis voce utitur Alciphro etiam III, 48, 1. *τορῷ τινι καὶ γεγωνῷ τῷ φωνήματι χρησάμενος*. Pro *κωμικῶν* Ven. *κωμῳδικῶν* habet. Illud tuetur Alexis Fragm. Com. III p. 423. *ὧν ἔχουσ' οἱ κωμικοί* i. e. histriones. Sequentia *ἐκ τοῦδε τραφησόμενον ἔφασκε καὶ ἐμέ*, hunc habent intellectum: abhinc dicebat me quoque, ut ceteros gregis sui histriones, nutritum iri. Nihil igitur cum Berglero novandum est. Tum post *ἐκμαθόντα* fabulae nomen excidisse videtur, quam ediscendam Lexiphanes Philaporo tradiderat.

2. *ὀψὲ τοῦ καιροῦ* Berglerus restituit; libri *τῷ καιρῷ* vel *τῶ καιρῶ*, quod vide an *ὀψὲ τῶν καιρῶν* scribendum sit, quamvis *ὀψὲ τοῦ καιροῦ* legitur etiam I, 3.

III, 72.

2. *τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα.* Postremam vocem ex Par. addidit Seilerus. Ib. *κυσοδόχῃ* suspectum fuit anonymo, *κυνοδόχῃ* suspicanti. Sed recte videtur Berglerus *κυσοδόχῃ* eodem intellectu hic positum existimare quo *κυσοχήνη* dicitur. Hesychius: *Κυσοχήνη. ξύλον ἐν ᾧ ἁμαρτάνουσαι αἱ πόρναι ἐδεσμεύοντο.*

4. *εἰς τὴν τρίτην ἀπέψυξε.* Ita codd. ut videtur omnes, praeter Par. qui *εἰς τὴν ἔω* habet. Dorvillius *εἰς τὴν ἕνην*, quod secutus est Seilerus.

5. *ψύττα κατατείνας* recte damnavit Wagnerus, ut ex Epist. 24 huc translata; nec ferri hic possunt. Ib. *ἐλευθερίας* posui e Flor. *ἐλευθερίαν Π*, *ἐλευθέραν* vulgo.

III, 73.

1. Ven. *παρ' ἐμοὶ* pro *πρώην.* In sequentibus *γρύζουσι δὲ μάλ' ἀηδές, ἀλλ' ἐδώδιμον*, non offenderunt critici. Multa sibi indulsit Alciphro, at quod porcellos *ἐδώδιμον γρύζειν* dixit, id plus est quam quis aequo animo ferat. Vereor igitur ne *ἐδώδιμοι* scribendum sit.

2. *κριθίων* cod. B, *κριθίον* Ven., *κριθῶν* Bastius. Tum *ὄντων* Schaeferus pro *οὐσῶν.* Ib. *τοὺς ἐν περιουσίαις ὄντας.* Pluralem nominis *περιουσία* habet etiam Thucydides I, 1. At dubia in Alciphrone lectio; Ven. enim pro istis unam vocem habet *τοὺς περιουσίους*, quod nescio an restituendum sit. Hesychius: *Περιούσιος, πλούσιος.* cuius usus nullum adhuc exemplum extabat. Idem fortasse III, 70, 2. restituendum, ubi nunc ex Bergleri correctione legitur *πλουσίων*, at libri *μουσίων* habent, quod ex *ριουσίων* corruptum, hoc autem e *περιουσίων* decurtatum videri potest. Nihil frequentius, etiam in Alciphronis codicibus, quam primas vocabulorum syllabas exteri.

III, 74.

Inscriptio *Φρικοκοίλης Βορβοροζώμῳ.* Ita Seilerus edidit e coniectura Bastii, qui *Φρικοκοίλης* nomen interpretatur d'un homme, dont l'estomac est redoutabe, dont l'appétit est effroyant. Quae explicatio vel eam ob causam

dubia est, quod nomen illud, si ad *κοιλία* revocatur, *Φρικοκοιλίας* formandum fuisset. Ven. habet *Φρυγοκοίλης*, alii cdd. *Φριγοκοίλης* et *Φριγοκείλης*. Fuit fortasse *Φρικοκοίτης* vel *Ῥιγοκοίτης*.

1. *ἐκδόμενον τὸ σῶμα* ferri potest, praetuli tamen quod Ven. habet *ἀποδόμενον*. Similiter III, 45. *ὠνούμεθα γὰρ κινδύνου τὸ ζῆν*. Ib. *ἀθεμίτου* scripsi ex Ven. pro *ἀθεμίστου*.

FRAGMENTA.

1.

Quae inscriptio habet nomina, eorum alterum erit fortasse qui rectius *Μονογνάθῳ* scribi existimet, quemadmodum *Φυσίγναθος* dicitur, non *Φυσιγνάθιος*. At vide ne nominativus sit *Μονογνάθιον*. Atque ita etiam III, 57. *Φιλογαρελαδίῳ* et ibid. 63. *Πινακοσπογγίῳ* ad *Φιλογαρελάδιον* et *Πινακοσπόγγιον* revocanda puto. Significat autem *Μονογνάθιον* hominem *ὃς οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ γνάθος*, ut est apud Longum Past. III, 11. Alterum nomen *Παυλάχανος* comparandum cum voce *πανσπερμία* et Hesychii glossa *Παλλάχανον· κρόμμυον. Ἀσκαλωνῖται.*

3.

Priora Seilerus ita restituere conatus est *οἷον δή τι οὐδεὶς εἶδε πώποτε τῶν διὰ χειρῶν*. Ib. *ἀπὸ* scripsi Anal. Alex. p. 265. recepitque Seilerus; libri *ἐπί*, quod fortasse recte habet: media in nemore posita sum Veneris Amorisque signo vicina. Cf. III, 48, 5. *ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τυπτόμενος*. Ib. *οὓς αὐτοὶ πεποιήκαμεν* videtur aliquid labis traxisse.

4.

1. *γυναικός*. Malim *τῆς γυναικός*. Ib. *τῆς κορυφῆς* Dorvillius pro *ταῖς κορυφαῖς*.

2. *φάσματος ἔχουσα πρόσωπον* non adducor ut sanum esse credam: non omnia *φάσματα* tetro vultu sunt formida-

bilia; videtur bestiae nomen latere. Ib. ἄρυθμοι vel ἄρεθμοι ante Seilerum.

3. pro τί μή Flor. μὴ μή, V τί τίμη μή. Tum δωρίδι V, δώριδι Π, καὶ τῶν ΠV, καὶ τὴν Flor. συγκερ.. Flor. συγκαρ ΠV. attuli haec si forte aliis prosint ad sanandum locum corruptissimum. περισκελίδων Wagnerus, περισκελλίδων V Flor. π..σκ....λλίδων Π.

5.

1. ὢ πόσον ἡμῖν ἐπιτετείχισται χρῆμα. Haec non significant quantum in nos structum est facinus, sed ipsam Laidem dicit χρῆμα, quemadmodum Sappho Straboni dicitur θαυμαστόν τι χρῆμα. Nescio tamen an ἔρυμα scripserit Alciphro: quam validum ad nos coercendas munimentum structum est. Cf. Vindicias Strab. p. 57.

6.

1. * * * ἐραστοῦ χωρίον Νύμφαις θυσίαν λέγουσα ὀφείλειν. His verbis orditur epistola, cuius ante Seilerum non nisi minutae quaedam particulae a viris doctis editae erant. Argumentum totum est meretricium, sed scite et eleganter expositum. Quae initio desunt, non incommode his verbis suppleas: ἐκάλεσεν ἡμᾶς ἔναγχος (ἡ δεῖνα) εἰς τὸ τοῦ] ἐραστοῦ χωρίον. At plura excidisse res ipsa docet, nec dubium est quin similem epistola introitum habuerit, qualem habet primi libri epistola tricesima nona. In sequentibus agellus describitur, in quem meretriculae cum amatoribus suis se conferunt; nec tamen absolvitur hic loci descriptio, cuius colores per totam epistolam sparsos si quis in unum colligat, describi credat regionem Hymetto vicinam, qualem Ovidius Art. Am. III, 687 sqq. repraesentat:

Est prope purpureos colles florentis Hymetti
  fons sacer et viridi cespite mollis humus.
silva nemus non alta facit: tegit arbutus herbam,
  ros maris et lauri nigraque myrtus olent;
nec densae foliis buxi fragilesque myricae,
  nec tenues cytisi cultaque pinus abest.
lenibus impulsae zephyris auraque salubri
  tot generum frondes herbaque summa tremunt.

Obstat tamen huic opinioni quod agellus ab Alciphrone descriptus viginti tantum stadiis ab urbe dissitus fuit. In acclivi situm fuisse praedium illud, facile credo affirmanti Seilero, nec vero id colligi potest ex verbis *ὀλίγη ἀνεῖται σπόριμος* i. e. paululum sativi agri patet, ut apud Dionem Chrys. Or. VII p. 117. Emp. *ἀνειμένοι λειμῶνες*, aut ex iis quae §. 2. leguntur *Νικίας οὐκ οἶδα πόθεν ἐπανιών*, i. e. nescio unde ex agro in urbem revertens.

Ib. *κυπαρίττια καὶ μυρρίνη*. Ita codices; Seilerus *μυρρίναι*, quo vix opus est, si quidem *μυρρίνη* collectivo sensu dictum est, ut *πίτυς* apud Callimachum H. in Cer. 28. *ἐν πίτυς, ἐν μεγάλαι πτελέαι ἔσαν, ἐν δὲ καὶ ὄχναι.* Atque ita etiam in Ovidianis versibus nigraque myrtus et culta pinus.

2. *εὐθὺς μὲν ἡ ἄμφοδος ἡμῶν εἶχέ τινα παιδιάν.* Recte *ἄμφοδος* Seilerus ferri posse negat, nec male conicit *ἡ ἄνω ὁδός*, cui tamen *ἡ ἄνοδος* adscensus ad praedium, praeferrem. At lenius mihi visum est *ἡ ἄφοδος* corrigere hoc sensu: statim abeuntes erat quod nos oblectaret.

Ib. *ποῦ, φησίν, ἡμῖν ἀθρόαι* codd. Seilerus *ποῖ, φησίν, ὑμεῖς ἀθρόαι*; satis probabiliter. sed *ποῦ* recte habet. Cf. Apollonius Synt. ed. Bekk. p. 622, 16. *τὸ ποῦ τίθεται καὶ ἐπὶ σχέσεως τῆς εἰς τόπον ‚ποῦ ἀπέρχῃ'*. Interim distinxi *ποῦ, φησὶν ἡμῖν, ἀθρόαι*; Praeterea malim haec et sequentia ad unam interrogationem coniungere *ποῦ ἀθρόαι τίνος ἄπιτε ἐκπιεῖν χωρίον*; quo vos confertim cuius vadite absumturae praedium?

3. *ἀπέπτυσε γὰρ ἡμᾶς*. Seilero *δέ* aptius videtur quam *γάρ*; nescio an praestet *οὖν*. Tum idem *πυρακάνθας*, pro quo cdd. *πυρακάνθους*. Ib. *αἰφνιδίως* scripsi pro *ἀφνιδίως*.

4. Legebatur *ἄποθεν*, de quo supra dictum p. 126. In sequentibus *καί πως ἐξ ἐπιπολῆς αὐτὴν περιθεῖ κιττός*, verba *ἐξ ἐπιπολῆς* mihi vitii suspecta sunt, non tantum quod Alciphro alias Atticorum consuetudinem secutus *ἐπιπολῆς* dicit praepositione omissa (I, 23, 1. et III, 47, 3.), sed etiam propter additum *πώς*, quod indicat sequentia quodammodo figurate dicta esse. Adde quod illud *ἐξ ἐπιπολῆς*, si hedera

superficiem rupis induxisse dicitur, aliquid enunciatur quod per se intelligitur. Scripsi igitur *καί πως ἐξ ἐπιβολῆς*, quod germanice melius quam latine enunciare licet gleichsam schichtenweise, quemadmodum *πλίνθων ἐπιβολαὶ* dicuntur laterum ordines, squamatim aliis super alios incumbentibus. V. intpp. Thucyd. III, 20. Nisi forte simplicius interpretari velis tanquam vestis iniectu, in qua re frequens esse constat *ἐπιβολή*.

Ib. *ὑπὸ δὲ ταῖς ἐξοχαῖς*. Nympharum sigilla si ita posita erant, ut sub prominentiis rupis laterent, intelligi non potest quo pacto Panis signum in altiore rupis parte situm Nymphas *κατοπτεύειν* dici possit. Hinc scripsi *ἐπὶ ταῖς ἐξοχαῖς*, ut Nympharum imagunculae in ipsis illis prominentiis sitae fuisse dicantur. In seqq. malim *ἵδρυντο*.

5. *καταρχόμεθα*. Seilerus *κατηρχόμεθα*.

6. *εὐτρεπεῖς* Seilerus, libri *εὐπρεπεῖς*. Ib. *ἡδέως οὖν* codd. correxit Seilerus. Ib. ante Piersonum *ἦν· ἰδού*.

7. *ἔχει τοι* Seilerus, libri *ἐχέτω*.

8. *τὰ χλανίσκια ἐπιστορέσασαι αὐτοσχεδίως συνερρίψαμεν*. Haec accuratius inspicienti non possunt non ineptissime dicta videri. Agitur de parando loco compotationi idoneo, quem si congerendis arborum ramis apparaverunt, id non ita efferri potest, ut ramos post iniectas vestes comportasse dicantur. Et quorsum tunc *αὐτοσχεδίως*? quod ipsum indicium est excidisse vocem, qua triclinium indicatum erat, quemadmodum supra legitur *βωμὸν αὐτοσχεδίως ἐνήσαμεν*. Eas ob causas scripsi *αὐτοσχεδίως* [*στιβάδα*] *συνερράψαμεν*, ramos comportantes superimpositis vestibus lectulum subitaria opera contexuimus. Voce *στιβὰς* de pulvinari coenantium ipse Alciphro usus est III, 4, 3. At potest sane etiam *κατάκλισιν* excidisse, ut est I, 39, 3. *ὑπόσκιός τισι δάφναις ἡ κατάκλισις*. De *συνερράψαμεν* non dubitandum est. Pro *χλανίσκια* edidi *χλανιδίσκια* Seilerum et Bastium secutus ad Aristaen. Boiss. p. 394. Possis etiam *χλανίδια*, quod in *χλανίσκιον* abiit etiam I, 38, 4.

Ib. *ἀνθεμάδια ποικίλα* ante Dorvillium.

9. *οἷον ἐξ* Seilerus, *οἵους* codd. Ib. *ἔφη* ante Dorvillium.

10. *ᾠά τε τρέμοντα ὥσπερ αἱ πυγαί*. Ita Seilerus edi-

dit; codd. ὠὰ τά τε τρέμοντα, vel ᾠὰ τά τε τρέμοντα ταῦτα, vel ὠά τέ τε τρέμοντα ταῦτα. Hinc ταῦτα adscivi, quod similiter infra dictum est §. 16. ὀρνίθια ταυτί. Praeterea codd. scripturae indicare videntur fuisse olim ὠά τε τετρεμαίνοντα, quo verbo usus est Aristophanes, quem innumeris locis Alciphro expressit, in Nub. 373. Quod his subicitur ὥσπερ αἱ πυγαὶ adeo rustice dictum est, ut delendum dicerem, nisi credibile esset excidisse hic Thryallidis nomen, cuius πυγὰς de industria celebravit scriptor I, 39. Scribendum igitur arbitror ὥσπερ αἱ πυγαὶ τῆς Θρυαλλίδος, quod nomen propter sequentia καὶ χιμαιρίδος vides quam facile describentes fallere potuerit.

Ib. εἶτα γαλάκτια ποικίλα. Nova haec nec aliunde cognita vox est γαλάκτιον de cibo ex lacte confecto. Haec autem duplicis generis fuerunt τὰ μὲν μελίπηκτα τὰ δ' ἀπὸ ταγηνοῦ sive potius ταγήνου. De his ita dicere pergit πυτίας μοι δοκεῖ καλοῦσιν αὐτὰ καὶ σκώληκας τὰ πεμμάτια. Ita Seilerus edidit, in quibus primum revocandum quod cdd. omnes habent μοι δοκῶ, de quo dicendi genere v. Vindic. Strab. p. 170. Tum vero πυτίας haud dubie corruptum est: suspicabar πυριάτας. Sic enim vocabant τὸ πρωτόγαλα πυρωθὲν ἐπὶ θερμοσποδιᾶς. V. Stephani thes. v. πυριατὸς et Fragm. Com. vol. III p. 242. Porro σκώληκας placentae nomen fuisse parum credibile est; neque cuiquam auctor sim, ut Hesychii glossae multum tribuat, quae ita scripta editur: Μεσσόπλουτον. προσόψημα τὸ σκώληκα ποιῆσαν. Haec enim glossa, quae pluribus indiciis corruptelae arguitur, vix dubitari potest quin ex duabus glossis conflata sit in hunc ferme modum redintegrandis:

Μεσσόπλουτον προσόψημα· [μέτριον.

Μεσσόπνουν ἄημα·] τὸ σκώληκα ποιῆσαν.

Dixerat poeta aliquis ἄημα μεσσόπνουν de vento modico, cuius flatu ea maris agitatio efficitur, quam a vermiculari undarum motu σκώληκα vel κολόκυμα vocabant. Cf. Phrynichus apud Bekkerum Anecd. p. 62, 20. σκώληξ ἡ κωφὴ τῶν κυμάτων ἐπανάστασις τῆς θαλάττης εἴρηται, ὅτι παραπλησίως τῷ σκώληκι τῷ ζώῳ τὰ κύματα κυλινδεῖται. Ad Alciphronis locum ut redeam, editum σκώληκας unus habet cod. Flor. ceteri aut σκώλυκας aut κώληκας. Credo igitur scri-

psisse Alciphronem *κόλλικας* i. e. placentulas rotundas ex farina confertas. De his praeter alios haec habemus apud Archestratum Athenaei III p. 112 a.

στρογγυλοδίνητος δὲ τετριμμένος εὖ κατὰ χεῖρα
κόλλιξ Θετταλικός σοι ὑπαρχέτω, ὃν καλέουσι
κεῖνοι κριμματίαν, οἱ δ' ἄλλοι χόνδρινον ἄρτον.

Quibus in versibus pro *κριμματίαν*, quod nihil esse intellexit Schweighaeuserus, corrigendum *κριμνίταν*. Ita igitur Thessali illud placentae genus vocabant, quod aliis *κόλλιξ* ipsisque Atticis etiam *κριμνίτης* dicebatur. V. Athenaeum XIV p. 646 a. Satis diu nos hic locus tenuit; est tamen quod adiciendum videatur. Vix enim credi potest bellariis, quae *ἀπὸ τηγάνου* dicit, ex lacte concreto paratis etiam *κόλλικας* illos fuisse comprehensa; quo accedit quod parum concinne verba *ὅσα τε* etc. parenthesi a reliquis disiunguntur. Itaque ita orationem procedere crediderim: *τὰ δ' ἀπὸ τηγάνου (πυριάτας μοι δοκῶ καλοῦσιν) καὶ κόλλικας καὶ πεμμάτια ὅσα τε* etc.

11. *ἐαρινῆς ὀπώρας*. Ita codd. vitiose, ut puto; nisi quis docuerit *ὀπώραν* de cuiusvis temporis fructibus dici posse. Scripsi igitur *ὥρας*. Ib. *οἱ κύλικες* ante Seilerum. Sequitur locus difficilis et corruptus: *καὶ τὸ πιεῖν μέτρον ἦν τρεῖς φιλοτησίας οὐ τὸ ποσόν*. In libris nil diversitatis, nisi quod pro *τρεῖς* mrg *Π* habet *τῆς*. Dixit de his Bergkius apud Seilerum, qui *τὸ πιεῖν* ex glossemate natum existimat locumque ita constituit: *καὶ μέτρον ἦν τῆς φιλοτησίας οὐδ' ὁπωσοῦν*. Postrema *οὐ τὸ ποσὸν* non puto corrupta esse, sed significare non tantillum. V. Stephanum thes. v. *ποσός*. Iam illud *τῆς* vereor ne librarii sit emendatio, structuram utcunque restituere cupientis. Mihi quidem multo esse videtur probabilius pro *ἦν* scripsisse Alciphronem *πλήν*, ut in hunc modum procedat oratio: *καὶ τοῦ πιεῖν μέτρον πλὴν τρεῖς φιλοτησίας οὐ τὸ ποσόν*, bibendi praeter tria pocula modus praescriptus erat nullus. Libera igitur cuique erat bibendi potestas, at tria pocula evacuare omnes tenebantur. Hic enim numerus modestissimus erat, quocirca Anonymus apud S. Maximum ed. Combef. vol. II p. 618. *μέθυσος*, inquit, *ἐστὶν ὁ τριῶν πίνων πλέον, κἂν μὴ μεθυσθῇ*, quae adhibere licet Horatio Carm. III, 19, 15. tres prohibet supra rixarum metuens tangere Gratia. Sequen-

tia Bergkio apud Seilerum ita corrigenda videbantur: *τὰ μὴ προσηναγκαζόμενα τῶν συμποσίων τὸν νουνεχῆ πλεῖον ἀναλαμβάνει.* Codicum scripturam ego ita interpretor: compotationes, in quibus nullus bibendi modus praescriptus est, continua potatione maiorem poculorum numerum (*τὸ πλεῖον*) compensant. Consentaneum enim erat, ut in definito numero pocula certis quibusdam intervallis implerentur. Ib. *ὑπεψέκαζε μέν.* Seilerus *ὑπεψεκάζομεν*, quod potius *ὑπεψεκαζόμεθα* dicendum fuisse crediderim: *ὑποψεκάζειν* autem vel *ἐπιψεκάζειν* ministrorum est. Vertendum irrorabat nos minoribus quidem at continuis poculis, sc. *ὁ παῖς* vel *ὁ οἰνοχόος*, notissimo dicendi genere. Cf. Brunckium ad Theognid. 465. Nec *οὖν* desidero post *μέν.* cf. Schaeferum ad Longum p. 376.

Ib. *παρῆν Κρουσμάτιον ἡ Μεγάρας καταυλοῦσα, ἡ δὲ Σιμμίχη πρὸς τὰ μέλη καὶ πρὸς τὴν ἁρμονίαν ᾖδεν.* Tibicinae nomen rectius scribi videtur *Κρουμάτιον*, ut legitur I, 12. *ἡ μὲν ἐκαλεῖτο Κρουμάτιον καὶ ἦν αὐλητρίς.* De cantu Simmichae quae adduntur sensu cassa sunt et haud dubie corrupta. Particulam *καὶ* ante alterum *πρὸς* cod. *Π* omittit. Scribendum videtur *ἡ δὲ Σιμμίχη ἐρωτικὰ μέλη πρὸς τὴν ἁρμονίαν ᾖδεν*, i. e. ad modos quos Crumatium praeibat.

12. *καὶ ὑποβεβρεγμέναι εἴχομεν τὸν νοῦν.* Apertum est scribendum esse *ὑποβεβρεγμένον* cll. Aristophane Equ. 96. *τὸν νοῦν ἵν' ἄρδω καὶ λέγω τι δεξιόν.*

13. *καί τις ἐφίλησε.* Nescio an exciderit *τὸν ἐραστήν.* Ib. *ἀτεχνῶς* Seilerus scripsit pro *ἀτέχνως.*

14. *διανίστατο δὲ ἤδη ἡμῶν μὲν τῶν γυναικῶν τὰ πάθη, τῶν ἀνδρῶν δὲ ἐκεῖνα.* Corruptissima verba recte mihi restituisse videor, *πλήθη* scribens pro *πάθη* et *ἔμεινε* pro *ἐκεῖνα.* Mulieres surrexisse, viros mansisse dicit. De plurali *πλήθη* v. Comic. Fragm. vol. II p. 858. Particula *μὲν* fortasse delenda est. Sequentia item affecta sunt: *καὶ τοῖς χιτωνίσκοις ἀπιθάνως εἰσεπαίομεν.* Credo tamen me repersise ipsum illud quod scripsit Alciphro; posui enim *τοῖς κοιτωνίσκοις*, ultra quam credi potest (*ἀπιθάνως*) cupide lectulos occupabamus. Silvulam, in quam concesserant mulieres, supra nominaverat *ἀρκοῦντα τῇ τότε κραιπάλῃ θάλαμον.* Recte igitur de cubilibus, quae occupant,

utitur voce *κοιτωνίσκος*. Cf. schol. Homeri Il. ζ' 316. *οἴκημα ἐν ᾧ θάλαμος, ὅ ἐστι νυμφικὸς κοιτωνίσκος*. Alia vocis exempla lexica suppeditant. Ceterum haec verba loco suo mota existimo et in finem §. 15 post *παρήρχοντο* ponenda, ubi deesse aliquid ad narrationis integritatem facile sentitur. Ib. *ἄπωθεν* scripsi pro *ἄποθεν*. Sequens *συνηρεφῆ* Valckenarii est emendatio pro *σκευηρεφῆ*.

15. Hic satis venuste describitur muliercularum nostrarum simulatio sive dissimulatio; insunt tamen quae minus integre scripta videantur, velut haec *ἡ δὲ φύλλα ἀπὸ τῶν κλωνίων ἀφαιροῦσα διέτρωγεν ὥσπερ ἀκκιζομένη*. Cum enim *τὸ ἀκκίζεσθαι* omnium commune fuerit, nescio an *σχινιζομένη* pro *ἀκκιζομένη* scribendum sit. In iis quae statim sequuntur *ταὐτὸν* pro *ταὐτὸ* scripsi ut habet V. Ib. legebatur *περιήρχοντο*, pro quo *παρήρχοντο* mihi aptius visum est.

16. Seilerus *παρεμπορευσαμέναις*, fortasse recte. In sequentibus verbis *ἀλλ' ὁ Πὰν καὶ ὁ Πρίαπος*, Priapi nomen, cuius nulla in superioribus facta est mentio, mihi suspectum et fortasse delendum est. Tum in verbis *ἐμφαγεῖν δὴ πάλιν ὀρνίθια*, recte *ἦν* desiderat Seilerus; neque vero id post *πάλιν* addendum, sed scribendum potius *δ' ἦν* pro *δή*. Ib. ante *κομισθέντες* libri *οἱ* habent; deleri voluit etiam Seilerus.

17. *ἑκάστη ‚ταύτην ἕλκυσον' ‚μὰ Δί' ἀλλά μοι ταύτην'*. Ita haec distinguenda sunt; vulgo *μὰ Δία* cum praecedentibus coniunctum est. nec quidquam praeterea corruptum est, nisi quod *καὶ* ante *ἑκάστη* excidisse videtur. At in sequentibus scripsi *ἀλλὰ βραχεῖαι* pro *ἄλλαι βραχεῖαι*, et *ἐγκέχρωστο* pro *ἐκέχρωστο*. Causae mutationum neminem latebunt.

18. *ἐαρίσασαι δ' οὖν καὶ ἀναξανθεῖσαι τοὺς στομάχους*. Primam vocem frustra tuetur Seilerus. Correxi *ἐρανίσασαι*. Suas quamque lactucas in commune contulisse dicit. Quod ibidem legitur *ἀναξαίνειν* de stomachi refectione dictum, etsi sine exemplo est, non tamen videtur corruptum esse; prorsus respondet quod aliquando ab infimae plebis homine dictum memini: ich muss mir den Magen wieder ein bissel aufkratzen. Ib. *μάλα* Seilero debetur, codd. *ἀλλά*. Idem in seqq. tentat *μέχρι* [*τοῦ*] *μηδέ*.

19. *τρυφερὸν γὰρ ἦν καὶ πρέπον ἐρωτικῇ φιλίᾳ.* Posui quod unice aptum est *ἐρωτικῇ ὁμιλίᾳ.* Post *προὐτράπην* lacunam indicavi; desidero aliquid in hanc sententiam: *καὶ προὐτράπην* [*ἐπὶ τοῦτο προθυμότατα.* Nec vitio carent sequentia *σὺ δὲ εἰ μὲν οὖν οὕτως ἔσχηκας μαλακῶς*, in quibus quo *οὕτως* spectet non intelligitur. Scripserim *ὄντως*, si verum est te aegrotare. Praeterea *οὖν* Flor. aliusque liber recte omittit. Denique *ἀλόγως* posui ex V. at cum optimi codices *οὐκ ἀλόγως* habeant, quod recepit Seilerus, rectius fortasse conicias *οὐκ εὐλόγως.*

Fragmentis Alciphronis fortasse addenda sunt quae auctore non nominato leguntur apud Etymol. Gud. p. 342, 36. *τῷ Θηριππίδῃ ἐστὶ πατὴρ κύμινον (κυμινοπρίστης?) καὶ μόνον οὐ ταριχεύων τοὺς θαλλοὺς τῶν κραδῶν.* Quae haud obscure referunt dicendi genus Alciphronium, apud quem Therippidem habes II, 1. et III, 8. Dixi de his Fragm. Com. IV. p. 458.

Adnotationis criticae supplementum.

I, 1, 3. *τῷ καθαρῷ τῆς αἰθρίας.* Scribendum erat e Ven. *τῆς εὐδίας.* Causa interpolationis fuisse videtur *τὸ καθαρόν*, quod de caeli serenitate aptius dictum videbatur quam de tranquillitate maris. At *καθαρὰ εὐδία* est nitida nulloque undarum motu turbata maris tranquillitas, quemadmodum *καθαρὰ ἡδονή* dicitur liquida voluptas, et eiusdem generis alia; exempla ubivis obvia. Halcyonii autem dies non tam *αἰθρίᾳ* censentur quam *εὐδίᾳ.* Cf. Theocritus VII, 57. *χάλκυόνες στορεσεῦντι τὰ κύματα*, ubi schol. *δεκατέτταρας ἡμέρας φασὶν εὐδιάζειν, ὅταν γεννᾷ, ἃς καλοῦσιν ἀλκυονίδας.* Adde Ovidium Metam. XI, 745.

I, 2, 4. *ὥσθ' ὁ μὲν — Ἕρμων.* Possunt haec etiam servata particula *καί* ita refingi: *ὥσθ' ὁ μέν οὔπω προσαπηντήκει, καὶ ὁ Ἕρμων.* Ita frequenter *καί* infertur post *οὔπω*, ut III, 30. *οὔπω τὸ νέφος ἐπέστη, καὶ πᾶσαι ἐκρέμαντο.* Nec *μέν* in tali orationis conformatione necessario sibi in altera parte poscit particulam *δέ.*

I, 4, 3. *οὐκ ἔστι τοῦτο σωφρονεῖν οὐδ' ἀγαθὰ διανοεῖσθαι.* Admonui de numeris horum verborum, quae non incredibile est e Menandro aliove comico ducta esse. Numerosa item et iambico trimetro inclusa etiam haec sunt II, 1. *πέφρικα καὶ δέδοικα καὶ ταράττομαι.* II, 4, 10. *ἀπιστίας κλαίουσα καὶ ποτνιωμένη.* II, 3, 17. *ἀκαιροτέραν, Δήμητερ, ἵλεως γενοῦ.* III, 70, 1. *εἰ τῶν κατ' ἄστυ πραγμάτων ἀπαλλαγείς.* Mitto alia eiusdem generis. Talia optimis quibusque scriptoribus exciderunt saepe invitis, multumque falluntur, qui ubicunque verba metricam speciem referunt, scribentes ea e poeta aliquo derivasse censent. Huius rei non memores fuerunt critici apud Dionem Chrys. XXXII p. 422. Emp.

I, 8, 2. *εὐμεγέθεις* recte me suspectasse puto; at fortasse nihil excidit, sed *εὐμεγέθεις* ut e glossemate natum, verbis *πόρους ἐκ πόρων* adscripto, delendum.

I, 19. *Θαλασσέρως.* Ven. *Θαλάσσερος.* Scribendum erat *Θαλάσσερως.*

I, 22, 3. *ἡμῖν.* Repone ex omnibus propemodum codd. *ἐμοί.*

I, 28, 1. *δέρην.* Merito, opinor, reieci *δέριν*, cuius formae nulla certa fides est. Hesychii glossa: *Δέρις. τράχηλος*, literarum ordini repugnat et orta videtur e praecedente articulo *Δέρη· τράχηλος, αὐχήν.* Praeterea semel tantum *δέρις* scriptum reperi, in cod. F Moschi Id. II, 96. ubi Hermannus, ceterum ipse etiam *δέρις* reiciens, affert Polluc. II, 235. i. e. eundem locum, in quo LDindorfium recte *δέρρις* scripsisse dixi.

I, 40. *μοί* posui cum Arnaldo pro *σοί*, quod retinuit Seilerus.

II, 1, 7. *ὀλίγον ἡγήσομαι δαπανῆσαι.* Ita codd. contra usum Alciphronis, qui constanter medio utitur. Cf. I, 18, 3. *πέπαυσο εἰς ταῦτα δαπανώμενος.* III, 8, 2. *δαπανᾶται οὐκ ὀλίγα.* ib. 24, 1. *τὰ λοιπὰ τῇ τενθείᾳ δαπανᾶται.* ib. 50, 1. *δαπανᾶται εἰς αὐτὴν χρυσίον.* Hinc credibile est eo quem supra posui loco scribendum esse *δεδαπανῆσθαι.*

II, 3, 5. Post *προτρέπεται*, precibus contendit, id ipsum commemorari expectes, quod Ptolemaeus a Menandro precibus contenderat. Itaque aut excidisse aliquid videtur, e. c. *διαβῆναι πρὸς αὐτόν* cll. II, 4, 4. aut *προτρέπεται*

significat ad se invitat, cuius usus nullum exemplum novi.

II, 4, 17. *Πειραιόθεν.* Ita libri h. l. omnes, at §. 21. Flor. et Φ habent *Πειραιάθεν.* Itaque dubius haereas inter *Πειραιᾶθεν* et *Πειραιόθεν*, quarum formarum nullum aliud exemplum extat, scriptoribus alteram topicorum speciem *ἐκ Πειραιῶς* praeferentibus. Habet autem utrumque quo defendatur. *Πειραιᾶθεν* enim ad *Πειραιά* vel *Πειραία*, *Πειραιόθεν* autem ad *Πειραιός* revocari potest. At cum *Πειραιά* nunquam dictum videatur (nam *Πειραιάν*, quod cod. V in Alciphr. III, 47, 7. habet, describentis error est pro *Πειραιᾶ*), *Περαιός* autem Stephanus Byz. p. 513, 16. disertim agnoscat, eademque forma topico *Πειραιοῖ* subiecta sit, non dubitavi ego in Alciphronis locis praeferre *Πειραιόθεν.*

III, 3, 1. *εὐοψία καὶ πλῆθος ἰχθύων.* Synonyma haud raro Alciphro coniunxit, ut I, 2, 1. *ἄπρακτα καὶ ἀνήνυτα.* ib. 12, 6. *δαπανηρὸς καὶ πολυτελής.* ib. 20. *μοιραῖοι θεοὶ καὶ μοιραγενεῖς δαίμονες.* II, 3, 16. *χῶμα καὶ τάφος.* III, 5, 9. *χαλάσας καὶ καθεὶς τὸ τριβώνιον.* ib. 13, 2. *ἀκρώρεια τῶν ὀρῶν*, quo fortasse defendas I, 21, 2. *εὐημερίας ἡμέραν.* ib. 49, 1. *κεκλήρωσαι καὶ εἴληχας.* ib. 51, 3. *διάπυρον οἶνον καὶ θερμόν.* ib. 55, 4. *πεπρῖσθαι καὶ λίαν μεμυκέναι.* At *ἀδόλεσχος καὶ λάλος* III, 66, 1. cessit nunc meliorum librorum scripturae. Nec minus vitii mihi suspectum est quod legitur III, 55, 9. *ἐν ὀφθαλμοῖς ἁπάντων ὁρώντων.* Quamquam vix certo dicas quibus finibus scriptores graeci hanc orationis copiam circumscripserint. Tractavit hunc locum Lobeckius in dissertatione de figura etymologica Paral. p. 501 sqq.

III, 3, 4. *συναγαγὼν τὰ νομίσματα αὐτοῖς τόκοις ἀπέδωκα.* Non numos ex venditione catenulae collectos, sed collectis his numis debitum feneratori reddidit. Fortasse igitur *τὸ δάνεισμα* post *νομίσματα* excidit.

III, 5. *Μανδιλοκολάπτῃ.* Ven. et Θ *μανδυλοκολάπτῃ*, quod indicio esse possit *Μανδηλοκολάπτῃ* scribendum esse: *η* enim in his ipsis codd. non raro in *υ* transiit. at habet etiam scriptura per *υ* aliquid quo defendi possit. Significat autem nomen illud hominem qui mantilia vel mantelia pertundit, nec male compares Shakesperianum Doll Tearsheet.

Voce graecolatina *μανδήλιον* de sudario Veronicae usus est Theophanes Cont. VI, 48. *τοῦ ἁγίου ἐκμαγείου ἤτοι μανδηλίου ἀποσταλέντος*. Cf. Hesychius: *Χειρόμακτρον ἢ χειρόμαστρον, μανδήλιον*. Quod *μανδίλιον* scribitur in Etymol. M. p. 810, 47. *χειρόμακτρον, ὃ παρὰ Ῥωμαίοις καλεῖται μανδίλιον*. Quemadmodum etiam latinum nomen ab aliis mantele et mantelium vel mantelum, ab aliis mantile et mantilium effertur. Videndi de hac voce, cuius vestigia etiam in romanicis linguis, et vero etiam in germanico sermone superesse constat, Vossius Etymol. p. 310 et Menagius Dict. Etym. p. 474. Nec mirum hoc vocabulo usum esse Alciphronem, apud quem etiam aliae voces graecobarbarae reperiuntur, ut *Μαππαφάνισος* III, 48. *Τουρδοκύναγος* III, 64. *Κοσσοτράπεζος* III, 69. fortasse etiam *βλαττουργός* de quo v. p. 88. Quod enim pluribus locis adnotationis hunc scriptorem Atticismi studiosissimum fuisse dixi, non eo spectat, ut nusquam eum novitii commatis vocabulis usum esse existimem. Ita ut unum de multis exemplum quod attigi p. 123 afferam, *χρύσινος* de numo aureo dictum, non facile reperias apud antiquiores, at frequens est in scriptis Byzantinorum, de quo videndum Fabrotti Glossarium ad Nicetam Chon. ed. Bonn. p. 928.

III, 7, 5. *καὶ Πειραιεῖ βαδιοῦμαι — μισθοῦ μετατιθείς*. Ita haec in optimis libris leguntur; nam *μετατιθοῖς*, quod Ven. habet, nihil aliud est quam *μετατιθείς*. Num recte locum emendaverim nunc ipse dubito. Vellem in cod. pro *βαδιοῦμαι* scriptum esset *βιώσομαι* i. e. vitam sustentabo, ut apud Herod. II, 177.

III, 10, 1. Pro *ἐφέπεσθαι* Ven. *ἕπεσθαι*, quod illi praetulerim. Ib. 3. scribendum videtur ex Flor. *προελθόντες*. Nam *παρελθόντες*, quod vulgo legitur bonique codd. habent, hoc quidem loco ferri vix potest, *προσελθόντες* autem, quod edidi, prorsus reiciendum.

III, 20, 3. *ποτὲ δὲ οὐκ οἶδ' ὅπως ὑπὸ τῇ μιᾷ ἐδείκνυ*. Si quae his proxime antecedunt recte emendavi, nescio an post *ὅπως* exciderit *πάσας*. Lapillos praestigiator modo singulos (*κατὰ μίαν*) singulis patellis obtegebat, modo omnes sub una ostendebat. Ita haec interpretatus est etiam Bötti-

gerus Kleine Schriften vol. III p. 361. in graecis verbis nihil vitii suspicatus.

III, 39, 1. *πρὸς ὀλίγον*, ad breve tempus, pro usitato *ἐπ' ὀλίγον* etiam Longus dixit Past. III, 4.

III, 40, 4. *χρημάτων περιορᾶν* non tentare debebam. V. Stephani thes. v. *περιορᾶν*.

III, 42, 1. *ταῖς καλινδήσεσι*. Ven. *ταῖς ἀλινδήσεσι*.

III, 45, 1. *Λειριόνη*. Pro hoc cod. Θ habet *ἠλυκριόνη*, in quo Seilero *Ἠλεκτρυώνη* latere videtur, quod dubito num unquam servae nomen fuerit. Mihi illud nihil aliud esse videtur quam *ἡ λυριόνη* (η supra) i. e. *ἡ Ληριόνη*.

III, 48. 5. *Ὀρθοκόρυζον*. Pro hoc quod conici posse dixi *Ὀρφεοκόρυδον*, id de homine intelligi volui qui, cum Orphei cantum aemularetur et alter Orpheus sibi esse videretur, revera *κόρυδος* esset. Compares *Ἡρακλειοξανθίας* et eiusdem generis alia.

III, 49, 2. *ἐπεὶ δ' ἤδη σοι μεσαιπόλιος*. Ita haec scripsi partim e Ven. Ad vulgatam scripturam cf. III, 33, 1. *ἤδη λοιπὸν ὑϊδοῦς ἔχομεν*.

III, 49, 3. *στραγγαλιῶ*. Quod de incerta fide verbi *στραγγαλᾶν* dixi, spectat ad Photii glossam p. 541, 4. *στραγγαλᾶν εἴρηκέν που Μένανδρος*, ubi etiam nunc *στραγγαλιᾶν* scribendum puto, quo desiderativo Menander de servo nequam et strangulatione digno uti potuit.

III, 58. In titulo huius epistolae Ruhnkenius *Φιλογαρελαίῳ*. At vide quae ad Fragm. II dicta sunt.

III, 59, 2. Pro *στέφειν* fortasse *στέγειν* scribendum. Ib. 5. pro *ἐκταραχθεὶς οὖν ὡς εἰκός*, Ven. habet *ἐγὼ δὲ διαταραχθεὶς ἐπιεικός* i. e. *ἐπιεικῶς*.

III, 61, 2. *ὁρμωμένης*. Duo codd. *ὡρμωμένης*. Recte Berglerus *ὡρμημένης*. Ib. 3. Ven. ut indicavi post *καταριθμεῖται* addit *καὶ αὐτός*, unde scribendum videtur *κἂν τοῖς ἐν Ἡλιαίᾳ καταριθμεῖται καὶ αὐτός*, omisso participio *δικάζουσι*, nisi id post *αὐτός* ponere malis.

III, 62, 1. Pro *στρέφεται* Ven. *τρέφεσθαι*. Itaque nescio an verum sit *τρέφεται*.

INDEX AD ADNOTATIONEM

P. 14, 6 a. f. corrige ἤρετο ib. 5 χῦμα (v. Lobeckii Paral. p. 419) et θύριον 28, 2 Λάμια 16, 4 τὴν 39, 1 Γ 56, 7 αργυρίδιον. 66, 9 γὰρ 67, 1 οὖρει 60, 16 φιλονεικίας 80, 3 φησὶν 80, 8 θέμεναι 88, 12 βλαττίον 94, 4 caprarius, et in Theocriti versu ᾤπόλος 108, 22 qua 129, 14 a f. ἐπιλεξάμενος.